

Digitized by Google

I 8.39.0.17

Digitized by Google

Digitized by Google

8.39.0.17

FRATRIS

BLASII VERDV CATINENSIS ORD. PRAE DICA. THEOLOGIÆ MAGISTRI, ET

Regentis in Collegio Regio Dertosano, duæ Relectiones: altera contra Scientiam mediam, & altera pro Diuinorum auxiliorum efficacia.

AD AD MODVM R. P. MAGISTRVM F. Raphaelem Riphoz Priorem Prouincialem Prouinciæ Aragonum Ordinis Predicatorum.

Anno 1610.

BARCINONE.

Apud Hieronymum à Margarit.

Digitized by Google

Digitized by Google

RElectiones iſtas de futurorum ſcientia conditionatorum,& de auxilijs R.P.Magiſtri F.Blaſij Verdu pręclariſsimę Dominicanæ familiæ alumni, mandato Illuſt. ac Reuerendiſsimi D.D. Ioannis de Moncada Barchinon. Epiſcopi omni tum diligẽtia,tum animi delectatione,ac voluptate perlegimus,in quibus nihil orthodoxæ fidei oppoſitum,nihil non Sanctorũ Patrum teſtimonijs confirmatum, nihil tandem authoris ſui ingenio, atque eruditione indignum reperimus. Opus ſane peracutũ, non vulgare,aut triuiale,cuius ſtylus appetitum excitat,tantum abeſt,vt tædiũ pariat,doctrina admiratur: luculenta denique ac limpida acuminis acies, veluti cęleſtis magnes omnium allectura animos ſperamus,ac firmiter credimus. Si ergo typis mandetur omnibus Theologorum ſchoſis commodo, Eccleſiæ verò perutile erit. Barcinone die 16.Auguſti.1610.

D.Franciſcus Pons
Canonicus Barci.

F.Franciſcus Garganter
Theologiæ interpres.

NOS Don Ioannes à Moncada Dei,& Apoſtolicæ Sedis gratia Barchinonen. Epiſcopus Regius Cõſiliarius: Attentis ſupradictis approbationibus damus,& concedimus licentiam & facultatem Imprimẽdi has Relectiones in Ciuitate & Diocęſi noſtra Barchinone. Dat. in Palatio noſtro Epiſcopali Barchin. die 21. Auguſti. MDCX.

I. Epiſco,Barcinon.

EGO FRA-

EGO frater Raphael Riphoz sacræ Theologiæ professor, & Prior prouincialis Fratrum Prædicatorũ Pruuinciæ Aragonum, concedo facultatem tibi P. F. Blasio Uerdu magistro, vt possis typis mandare, & in lucem ædere Relectiones, quas habes contra Scientiam Mediam, & pro diuini auxilij efficacia: dummodo examinentur prius per R. P. Magistros F. T. Roca, & F. Antoninum Bruguera, & denique seruentur omnia, quæ de editione librorum sacra Concilia, & nostræ constitutiones præcipiunt obseruari. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Datis in nostro Conuentu Barcino. 25. Iunij. 1610.

F. Raphael Riphoz Prior Prouincialis.

RElectiones duas A. R. P. Fratris Blasij Verdu S. T. Doct. & Regentis Collegij S. Dominici Dertusæ, alterã cõtra Scientiam mediã, alterã de diuinorũ auxiliorũ efficacia, diligenter per legimus iussu A. R. P. nostri Prioris Prouincialis Aragoniæ, in quibus nihil offendimus quod Catholicæ doctrinæ videatur repugnare, sed dignas iudicauimus quæ prælo committerẽtur, & publicarentur. In cuius censuræ fidẽ subscripsimus his literis in nostro Conuentu Prædicatorũ S. Catherinæ Martyris Barcinone, die 18. Augusti. 1610.

F. Thomas Roca S. T. Magister.

F. Antoninus Bruguera Magister.

R. A. P. F. RAPHAELI RIPHOZ MAGISTRO, ET PRIORI PROVINCIALI PROVINCIÆ ARAGONVM ORDINIS PRAEDICATORVM

F. Blasius Verdu. S. P. D.

NON fefellisti, Princeps huius prouinciæ, spem eorum, qui te elegerunt: nam cum omnium votis electus sis in Prouincialem, vota etiam omnium, ita mirificè adimples, vt nullus, nec cum ratione, nec gratis (quod mirum est) de tuo regimine conqueratur. Non immaturus electus es, ter enim conuentum Barcinonensem, huius Prouinciæ antiquissimum, fœliciter gubernasti: etiam Vicarius Generalis fuisti (& fortè tunc suauitate tua ita omnia animos tibi conciliasti, vt dicerem: Species Priami digna est imperio) & ita degustamus omnes tui experimenti suaues fructus. Adeò magna res est experimentum, vt verbum incarnatum in experimento proficere non erubuerit. Omnia ad medium reducis totam beando Prouinciam: iustitiam misericordia temperas, grauitatem humanitate & benignitate, zelum patientia, & vt vno verbo concludã omnibus omnia factus es. Accipias igitur, Prouincialis dux, hoc munusculum à me vno ex magis deuinctis, tanquam fidele nuncium, meum internum amorem & desiderium explicans, atq; producens. Explicatum enim exterius desiderium nescio quid executionis, operis, & facti videtur redolere: si tamen lateat persæpe torquet sine vtilitate. Iam dum has scholasticas texo Relectiones, & puto, aliquid addere ad scientiam, addas tu, obsecro, nil præter, ad laborem concedendo mihi, vt à cathedra non deturber, vt D. Thomam interpreter, donec extremum vitæ spiritum exalem. Valeas totius nostri Ordinis honor, Prouinciæ lumen & pondus, & gloria Patriæ valeas.

AD

SATIS Erat, candide lector, vt omnes nomine diuini Thomæ audito subcumberent, alas demitterent, animumq; desponderent, eius doctrinam approbatam fuisse à Christo Domino dicente: Benè de me scripsisti Thoma. Verumenimuerò quia hęc approbatio hac nostra ætate videtur multis vel ignota esse, vel è memoria excidisse, necesse est illam repetere. Iam vt non dubites ita fuisse approbatam D.T. doctrinam approbationē repetit Clemens VIII. in Bulla ad Neapolim data Romæ apud S. Petrum sub anulo Piscæ. die. 22. Nouem. 1603. in hunc modū habens. Proinde piè, prudenterq; cogitatis de nouo ciuitati patrono ascisccndo, ciue vestro, diuinæ volūtatis Angelico interprete, vitæ sanctitate, & miraculis claro Thomā Aquinatē, cuius doctrinæ tantum semper fuit tributum, vt Christianæ eruditionis suæ, diuinum etiam illud habeat testimonium: Benè de me Thoma scripsisti. Testatur itaque Pontifex Sūmus præfata verba diuinū testimoniū præferre, ac proinde dū Deus asserit, Benè de me scripsisti Thoma, contradicentem diuino testimonio opponis dicens: Non benè de me scripsit Thomas. Noui quosdam nouellos Logicos, & Philosophos affirmare verbis illis fuisse approbatam D. Thomæ doctrinam in Theologia, non autem in Logica & Philosophia. Ridicula planè interpretatio. Quomodo enim tā elegans potuit erigere ædificiū: qui nō bona suppossuit fundamenta? Quomodo tā cādidam, integerrimam, & verisimā Theologiam, quoad plures veritates ex Philosophia hausta, eidem innixā, & coniunctā nobis exhibuit, si in his rebus non extitit celeberrimus? Quomodo Thomistica Theologia iuuentutē excipiet, aut ab ea excipietur, si iuuentus in floccipendenda doctrina D.T. assueta est? Conuertimini igitur ad D.T. Theologiæ Angelū, ipsū suscipite, nec offēdatis illū, in cuius manibus, & obedientia debetis theologari. Perpendenda sunt etiam verba illa Pontificis: Diuinæ voluntatis Angelico interprete. Non ergo D.T. loquitur, sed Deus per illum: Deo igitur in D. T. loquenti aduersarius es.

Idem Clemens Papa VIII. in Bulla directa ad Proregē Neapol. data Romæ apud S. Petrum sub anulo Piscæ. die 22. Nouem. 1603. Cuius initium est, Dilecte fili nobilis vir, ita habet. Erat quidem antea multo optandum, vt ciuitas ista pietati imprimis dedita nouū Patronū ad reliquos, quos habet, addendū curaret Thomam Aqui. cuius diuino eloquio, & cælesti doctrina, miraculisq; illa quidem illustris, merito apud remotissimas nationes summa Christiani nominis cum laude, atq; Ecclesiæ vtilitate celebratur.

Verum

Verũ id tuæ debeatur virtuti, vt ſanctũ Conſiliũ, etſi acceptũ, Deo referre oporteat, à quo quicquid boni agimus, ac cogitamus, proficiſcitur, ex quo omnis noſtra ſufficiẽtia emanat &c. Obſerua nouelle Theologe verba illa: Diuino eloquio, & cæleſti doctrina: Diuinis enim, & cæleſtibus ſpiritualia aduerſaria nõ ſunt. Obſerua, inquã, verba illa Põtificia, à quo omnis noſtra ſufficiẽtia emanat: à quo quicquid boni agimus, et cogitamus, proficiſcitur, vt refrigeriũ habeas, dũ expectas dę diuinorũ auxiliorũ efficacia relectionẽ. Hanc enim non obſcurè indicant præfata verba Pontificia.

His omnibus accedit Paulus Papa V. qui in Bulla ad Ciuitatem Neapol. data Rom. apud S. Petrũ ſub anulo Piſc. die 17. Decẽ, 1607. in hũc modũ habet. Ad perpetuã rei memoriã. Splẽdidiſſimi Catholicę fidei athletę B. Thomę Aqui. cui' ſcriptorũ Clypeo militans Eccleſia Hęreticorũ tela feliciter eludit &c. Clype' eſt D. T. doctrina ex decẽ millib' illis, qui pẽdẽt ex ea omnis armatura fortiũ. Iã Catholice Doct. ſi D. T. doctrina clype' tuus eſt, cur à teipſo quatitur, & cõtũditur? Nõne ſatis eſt hęreticorũ telis, lãceis, gladijs of fẽdi ipſũ? Nõne amentia, quã offẽdas deffẽſionẽ. Aſſumas igitur obſecro arma, & Thomiſt. ſcutũ, ſi vis de omnibus erroribus, & hæreſibus triũphare. Priores recẽſui hos Põtifi. ſũmos nouiſſimos: nã nõ abſq; myſterio effectũ eſt, vt hac tẽpeſtate, ſtaret Auſter, & fauor Pontificũ, D. T. doctrinã approbãdo. Iã enim olim quãplures ſũmi Põtifices D. T. doctrinã aprobauerãt. Inno. VI. in ſermo. de laudib' D. T. qui incipit: ecce pluſquã Salomõ hic, in hunc modũ habet. Hui' D. ſapiẽtia præ ceteris, excepta Canonica, habet proprietatẽ verborũ, modũ dicẽdorũ, ueritatẽ ſentẽtiarũ, ita vt nũquã qui eã tenuerit, inueniatur à tramite deuiaſſe, & qui eam impugnauit, ſemper fuit de veritate ſuſpectus.

Ioannes XXII. in Bulla canonizationis illius, Clemens VI. in quadã Bulla, quã reffert Caſtillo Cẽturia 1. lib. 3. cap. 35. Vrban' VI. in Bulla ad Archiepiſcopũ, & Doctores vniuerſitatis Tholoſanæ ædita 30. Auguſti Anno 1569. mire laudãt, & aprobãt doctrinã huius Angeli, totq; miracula patraſſe aſſerunt, quot ędidit articulos: & impoſsibile planè, quod Thomę aſtiterit virtus miracula faciẽdi ad proponẽdũ falſa. Piùs etiã V. cũ in Doctorẽ Eccleſiæ eũ exhibuit, ait. Eccleſiam à Diuuo Thoma illuminatam eſſe, hæreſes etiam ſuboriendas interẽptas ab eius doctrina: ac proinde Pontificijs verbis arridẽdo poterimus de Diuo Thoma cantare: Gaude Thoma virgo, cũctas enim hereſes interemiſti in vniuerſo mũdo.

Poterimus

Digitized by Google

Poterimus, inquam, ſicut iuuenculę Hyeroſolimitanæ Dauid D.T. cantare percuſſere alij mille, noſter autem Thomas decem millia.

Analytica eſt D.T. doctrina, ſibi conſtans, annuens, arridens, & ita (veluti pulchri ędificij partes, ſibi conſentiens, vt nec additione, nec diminutionem adulterinam patiatur, nec poſsit quis in vno ei eſſe aduerſarius, quin fiat omnium reus. Non patitur Sophiſtarũ impoſturas; eſt quippe ſuccinta, nullam habens Rhetoricã humiditatem, & mollitiem, ex qua vermes generentur; ſed Dialecticam ſiccam auſteram, & veracem amplexatur. Lata manus Rhetoris effuſa eius oratio Hæreticorum fugis aditum relinquit, eiſq; aliqua ratione indulget, aut ſaltem non ita illos manifeſte reprehendit. At Dialectici compręſſa manus, ptæcincta ſiccitas argumẽtorum præmit aduerſarium, pungit, vrget, & de pernicacibus triũphat Hæreticis. Hinc illę iræ contra Dialecticam, hinc taxationes de ſimplici ſermone, & idiomate, quo vtitur D.T. quaſi potuerint tot formalitates oratione Tulliana explicari: aut quaſi non potuerit Angelicus Doctor, ſi oportuiſſet etiam eloquentiſsimam orationem aſſumere. Non ago animo cenſorio, nec eſt in animo recentiores offendere, vtpote acutiſsimos & de litteris bene meritos; ſed difficultates offero. Iam ſi rationalis eſt controuerſia, non debet eſſe pro ratione voluntas.

Ne mirere, beneuole lector, me tàm copioſam diſputationem breuiſsimis lineis perſtrinxiſſe; Relectiones enim offero, non cõtrouerſias. Iam etſi Analyſis difficultati videatur coniuncta; tamen non eas offundit tenebras, & confuſiones, quas nimium effuſæ cõtrouerſiæ: melior vtiq; eſt confuſione difficultas. Veni è Collegio Regio Dertoſano Barcinonem, vt prælo darem has Relectiones, feriatis Collegis ſub Canicula, qua vrgente, nec non penuria temporis, alijſq; angustijs, vix potui corrigere errata. Porrò auctoris animus ſententias attendit non adeò curando de caracteribus: volat enim ad ipſam quidditatem cognoſcendam intellectus, vt prętor, qui de minimis non curat. Hinc non pauca adſunt, maxime in prima Relectione, leuiſsima errata, quibus facillimo negotio, veluti peccatis venialibus, indulgendum eſt, vtpote collectiuè inuitabilibus. Poterit quiuis tyro conijcere quomodo legendum ſit. Et certè, qui hos litterarũ leues errores nimis notat, nõ ingenio, ſed vi imaginandi pollet, vel ſunt materiæ ignari, aut non ſunt auctores. Te tamẽ rogo vt illico corrigas erratum pag. 53. linea 21. vbi enim habes, ſeu, legas, ſed. Valeas.

FRATRIS

Digitized by Google

Digitized by Google

F. BLASII VERDV
THEOLOGIAE MA
GISTRI, REGENTIS, ET PRI-
MARII LECTORIS IN COLLEGIO
Regio Dertosano, contra scientiam mediam Relectio.

Pars prima, quid sit futurum absolutum, & conditionatum, & quid possibile.

ARDVAM Suscipio prouinciam in hac disputatione, profundum est pelagus, scopulosa via, ingentes fluctus: scapha tamen nostra Thomisticę naui alligata tuta nauigabit. Sanctissimus igitur præceptor & verè magister D. Thomas prima par. q. 14. art. 1. in hunc modum habet sub finem corporis. Quædā verò sunt, quę sunt in potentia Dei, vel creaturæ, quæ tamen nec sunt, nec erunt, neque fuerūt, & respectu horum Deus nō dicitur habere scientiam visionis, sed simplicis intelligentiæ: quod ideo dicitur, quia ea, quæ videntur apud nos, habent esse distinctum extra videntem. Item solutione ad vltimum ibidem ita scribit. Scientia Dei est causa rerum voluntate adiuncta: vnde non oportet, quòd quæcūque scit Deus, sint, vel fuerint, vel futura sint, sed solum ea, quæ vult esse, vel permittit esse. Porrò non est in scientia Dei, quòd illa sint, sed quòd esse possint. Hæc Theologiæ Angelus.

D. Thom. sententia de duplici scientia Dei.

Vnde dicatur scientia visionis.

Obserua quid de ratione reipsa sentis, præterita, vel futura.

Duo animaduerto in hac doctrina. Alterum, de ratione rei

rei præſentis,præteritæ,vel futuræ eſſe', vt habeant eſſe diſtinctum extra videntem:alterum, ab ipſa omnipotenti ſciẽtia Dei habere res nudam poſsibilitatem, à voluntate verò præteritionem,præſentiam,& futuritionem. Conſiderãdum igitur eſt, quòd res apprehenſa vt extra cauſam, ſiue de præſenti,ſiue de præterito,ſiue de futuro, non tãtũ dicitur poſſe eſſe,uel poſsibilis fuiſſe,ſed facta fuiſſe, vel fieri vel cõ ſeruari, vel facienda eſſe: facere autem ſuper potentiam, quæ eſt Dei ſcientia, à qua res habent nudam poſsibilitatem, addit vſum potentiæ,applicationem, ſeu determinationem,quę eſt per actualem actionem. Iam ergo eſt notare in Deo ipſum poſse facere, quod eſt à ſcientia,& ipſum poſſe ſe applicare,ſeu determinare ad agendum, quod eſt voluntatis. Vt ſciens cum ideis, & perfectionibus omnium rerum eſt,potens ſe communicare cum numero, pondere, ac menſura:vt habet voluntatem eſt potens vti, ſeu applicare,vel determinare ad faciendum. Præterea vt voluntas determinat ideas liberè ad hoc vel illud actu, conſtituitur actu actio,ſeu actionis determinatio, quæ eſt huius, vel alterius effectus actiua factio. Hinc præteritionis, præſentię,ac futuritionis initium voluntas Dei eſt: poſsibilitatis autem,ſcientia.Ab eadem itaque actione reali ad intra,quæ eſt in Deo æterna dicitur effectiuè res præterita,præſens,& futura: immo titulo illius, ſeu effectiuè etiam futurum dicitur factum,non autem formali, intima, ſeu quaſi paſsiua factione (hoc enim quadrat præterito,& præſenti) ſed actiua. Hæc namque eſt efficacia diuinæ voluntatis,vt ab æterno determinauerit huius actualem factionem ſeu actionem actiuè, habueritque actualem Antichricti actiuam productionem, & quod nihilominus ſequatur effectus in tempore. Vnde,futurus eſt Antichriſtus,ſi attẽdas factionem paſsiuam temporalem,ſi verò actiuam,ab æterno eſt eius actualis productio,ſeu actio ad intra, & præſens eſt ſecundũ eſſe diſtinctũ adextra,& videri dicitur. Nam duobus modis poteſt

Rerum poſsibilitas à ſcientia Dei futuritio ab eius voluntate.

Illatio elegans.

Duobus modis res viſa poteſt habere eſſe extra videntem.

teſt res habere non tantum nudum eſſe poſsibile, ſed diſtinctum extra videntem: primò quia tantum ex parte actionis ad intra vſus ſeu applicationis habet eſſe diſtinctum extra actiuè ſolum: ſecundo, quatenus etiam paſsiuè, & formaliter. Scientia vnit, voluntas communicat. Scientia dat ſpecificationem, voluntas exercitium. Cum primum poſsibilitas rerum ſtat ſub voluntate incipit habere eſſe adextra diſtinctũ. Eſt enim volũtas inclinatio. Hinc noſce quomodo beatus nec vnã poteſt cõprehendere perfectè creaturam poſsibilẽ iuxta dictum eſſendi modũ, quem habet in Deo, poteſt autem præteritam, præſentem, uel futuram, quia iſtæ habẽt eſſe diſtinctum & finitum.

Præterea nota, duplicẽ poſſe diſtingui futuritionẽ ex dictis, vnã quę ſit actu, nẽpe futura de facto futuritio, & alterã poſsibilẽ tantũ. Nõ enim ſolũ eſſe creaturæ ſed etiã ipſa libera determinatio Dei intelligitur poſsibilis in aliquo ſignorationis, & vt non celebrata, ac proinde à ſcientia Dei habemus poſsibilitatẽ, à voluntate verò futuritionem: hac lege quòd à voluntate determinante poſsibiliter ideas, ſeu rationes æternas quo ad exercitiũ habeamus futuritionẽ poſsibilẽ: à volũtate autẽ actu determinãte, futuritionẽ actu. Poſsibilitas igitur ſequitur potentiã, ſeu cauſam rei vt habet id, quo formaliter ſe cõmunicare, & influere poteſt, futuritio dicit applicationẽ, poſsibilẽ, ſi eſt futuritio poſsibilis, & actu ſi actu ſit applicatio & actio. Iã nõ dicitur res obiectũ viſionis, quia poſsit habere eſſe diſtinctũ extra videntẽ, ſed quia habet vel actiuè ab actuali actione æterna, ſeu etiã paſsiuè, & formaliter intimè. Hinc futuritio poſsibilis nõ codſtituit rẽ intra ſpherã obiecti viſionis, ſed ſemper manet intra latitudinẽ obiecti ſimplicis intelligẽtię, ſicut à futuritione poſsibili habet poſsibiliter eſſe diſtinctũ extra videtẽ: ita & poſsibiliter habet videri, actutamẽ ſimplici intelligẽtia noſcetur. Qui dã in Deo cõſtituũt cõditionatũ decretũ, & cõditionatã viſionẽ, ſed, niſi cõditionatã appellẽt volũtatẽ ãtecedẽtẽ, fallũ dẽtur. Nã illa cõditio etiã pẽdet ex decreto diuino, & ita, vel

Duplex futuritio.

Quid obiectiuè viſionis.

In Deo non datur conditionatũ decretum.

procedimus in infinitum: uel deueniemus ad abſolutum decretum. Porro talis euentus ex conditionato decreto pendens non cognoſcitur ſimplici intelligentia, neq; media, ſi daretur, quia iſtæ præueniunt omnem actum liberum: neq; viſionis, quia teſte D. Tho. hęc fertur in res defacto futuras tantũ: ergo non datur tale decretum. Eſt itaque poſſe cognoſci abſolute: poſſe videri, & videri actu. A ſciẽtia Dei habet res, vt poſsit abſolutè noſci ſecundũ nudum eſſe poſſibile: à volũtate potente determinare, quòd poſsit videri: à determinãte, quòd videatur præſentialitate illa actiua: ab ipſa verò factione formali intima, & præſentialitate paſsiua, quòd videatur omnibus modis viſibilitatis. Sed tamen cum res, vt potens videri, non ſit actu extra videntẽ vllo modo, ſemper eſt de iure ſimplicis intelligentiæ, & cognitionis omnino naturalis. Nã in eodẽ ſigno cõprædendit ſe totũ Deus, & ſuũ arbitriũ, & quæ ſunt in ſua ſcientia, vt ab ea dicimur poſsibiles, & quæ ſunt in volũtate vt potẽte determinare, à qua dicimur poſsibiliter futuri: actu tamẽ futuri in ſecũdo ſigno ſuppoſita libera determinatione, per ſcientiã viſionis cognoſcimur. Quod itaque Deus noſcat futura de facto à decreto ſuo habet: at vt ſit cognitio intuitiua requirit præſentialitatem ſuę æternitatis, non ex qua habeat, ſed in quã videat. Concurrit æternitas vt conditio: decretũ vero Dei, vt ratio congnitionis.

Prima radix rerum cõtingentia efficax voluntas diuina.

Triplex cõtingẽtiæ radix.

Ex his poteris colligere, quã profũde noſter D. Thomas gratiæ, ac naturæ miraculum primam contingentiæ rerum radicem actiuam affirmauerit eſſe diuinæ voluntatis efficaciam. Nam contingentia non dicit nudam poſsibilitatem, quæ eſt à ſcientia Dei, ſed futuritioni implicatur poſsibili, vel actuali. Itaque res vt nudè dicuntur poſsibiles à ſcientia Dei, neſciunt contingentiã, nec indifferentiam. Nam hæc, vt dixi, radicem habet actiuam in diuinæ voluntatis efficia: radicem paſsiuã obiectiuam ex nihilo, ex quo creamur: ſubiectiuam autem in materia, ſeu quaſi materia.

Ex

Ex his, posteris res considerare, vel vt sunt possibiles tantùm, vel vt futuræ possibiliter, vel vt actu futuræ. Nudum esse possibile cùm petatur ex rationibus, omnimodam includit necessitatem, & sensum diuisum: ac proinde sensum compositum, seu conditionatum non admittit, siue possibilem, siue futurum nisi adiungatur voluntas, aut vt potens determinare, aut vt determinans: si vt potens, conditionatas dabit possibiliter futuras: si vt actu determinãs, conditionatas actu futuras. Iam, cùm quando consideratur vt potens arbitrium diuinum antequam intelligatur libera determinatio actualis, omnia sint in Deo naturalia, proculdubio omnes conditiones, & futuritiones in ratione possibilis erunt inuariabiles, & necessariæ in illa sui possibili conditione, ac futuritione. Nec poterũt aliter esse possibiliter futuræ saltim infallibilitate, quàm sunt, vel in hoc, vel in illo genere rerum possibiliter futurarum: cùm autem voluntas vt possibiliter determinans rationes æternas iam possibilitati rerum absolutæ adiungat possibilem futuritionem, quodammodo determinat absolutam illam possibilitatem, quę omnem nesciebat conditionem: ac proinde considerata illa prima possibilitate nullus datur effectus, qui possit non esse, sed omnes possunt esse, ideſt, omnes habent esse possibile: considerata verò possibilitate vt determinabili per voluntatem diuinam, & vt stat sub futuritione ingreditur fines eius, quod potest esse vel non esse, ac pro diuerso genere rerum seu rationum, sub quibus considerabitur res, poterit in vno genere, seu vno titulo absolutè esse vel non esse, & in alio necessario esse, vel necessitate infallibilitatis, vel alia. Et hæc omnia dum intelligũtur sub possibili futuritione antequam accedat libera Dei determinatio, immutabilia & inuariabilia sunt, & obiectum simplicis intelligentiæ: non enim supponunt voluntatem vt exercentem actionem liberam, sed vt potentem: suum autem posse sibi liberum non est, sed ipsum velle: ac proinde

ſicut proceſsio Spiritus Sancti dicitur ſimpliciter naturalis,& non mixta ſeu media ex libera & naturali,ita ſcientia, qua Deus antequam intelligatur aliqua actio libera illius cognoſcit res non modo ſecundum eſſe poſsibile nudum, verum etiam ſecundum eſſe poſsibiliter futurum, naturaliſsima eſt,neceſſaria,& immutabilis,& nullo modo media ſeu mixta, ex naturali, & libera. Simplici igitur ſcientia Deus antequam intelligamus accedere actualem determinationem approbationis, vel permiſsionis nouit in ſuis rationibus æternis, ac in ſua voluntate, vt potente determinare omnem poſsibilem contingentiam vel futuritionem conditionatam, vel non conditionatam in hoc, vel in illo ordine rerum: cognoſcit rurſus qnòd hoc titulo, vel in hoc ordine poſsit aliquid eſſe vel non eſſe, in alio tamen ordine, ſeu alio titulo non poſsit non eſſe poſsibiliter futurum, & hoc abſque vlla implicatione, & variatione ſcientiæ diuinæ: quinimmo naturalis eſt hæc ſcientia, ſicut & Deo eſt naturale habere liberum arbitrium. Itaque eſſe liberum, vel contingens, arbitrium creabile conſentire, vel non conſentire abſolutè, ac in ſenſu diuiſo, & titulo ſuæ libertatis, nec non eſſe neceſſarium conſenſum poſsibiliter futurum titulo infallibilitatis non pugnant, nec dum Deus cognoſcit neceſſarium conſenſum poſsibiliter futurum titulo infallibilitatis, ſcit, aut cognoſcit oppoſitum eius, quod cognoſcit, quando nouit alio titulo vel ſenſu, poſſe conſenſum eſſe vel non eſſe.

Futura quę appellãt cõditionata ſimpliciſciẽtia noſcuntur.

Explica-

Explicatur quomodo se habeant propositiones futuri contingentis ad veritatem.

DEfendendus est nobis hoc in loco Aristoteles, & veritas ipsa contra quosdam neotericos, qui non tantùm in sensu compositò, vel respectiuè, sed absolutè ac simpliciter volunt eadem ratione in contradicentibus futuri contingentis vnam esse determinatèveram, & alteram determinatè falsam, atque in contradicentibus præteriti, & præsentis temporis. Hoc quod (ni fallor) videtur offendere libertatem conabor pro viribus euertere, & planè noster Aristoteles iam istas insidias exploranit in hoc capite afferens, quòd si ex his duabus: crastina die consentiam: crastina die non consentiam: altera etiam in sensu diuiso, & absolutè est necessario vera, & altera falsa, tollitur proculdubio e vita omnis deliberatio & actiõ. Nam si in re in sensu diuiso non potest aliter euenire, præpeditur libertas: non enim mihi liberum est solo hoc titulo, quia ignoro partem, quæ futura est, estò ipsa in se sit determinatè futura, sed quia possum consentire, & non consentire. Vnde si per illam scientiam mediam, quam neoterici fingunt, ex nuda comprehensione arbitrij cognoscit Deus futurum consensum, non titulo infallibilitatis petito ex suaui Dei prædeterminatione, sed absolutè, & ex natura comprehensi arbitrij, proculdubio etiam è vita videtur tolli deliberatio, & actio.

Libertatem euertit esse rere ex contradi. futuri contingẽtis liberi alteram esse determinatè veram, vel falsam absolutè.

Itaque non placẽt isti neotorici, & sit contra eos conclusio. In cõtradicentibus futuri cõtingentis neutra est deter-

Conclusio.

minatè vera, vel determinatè falsa, sed indeterminatè. Probatur. Nam vel altera pars ex contradicentibus futuri contingentis est determinatè vera in se ex natura extremorum, vel in suis causis, vel in quouis alio sensu compositò: sed esse determinatè veram aliquam partem in sensu compositò, non est impedimento, quo minus in se ex natura extremorum, vel in sensu diuisò sit indeterminatè vera, vel falsa: ergo &c.

Iam si velint isti recentiores quòd non tantum ab extrinseco ratione sensus compositi, sed etiam ex ipsa intima natura extremorum altera sit necessariò vera determinatè, & altera falsa, libertas euertitur. Fatemur itaque quòd respectu scientiæ Dei, quæ omnia futura vt præsentia videt, altera sit determinatè vera, & altera falsa; in sensu autem diuisò, & ex natura rei neutra est determinatè vera, vel falsa. Rursus præscientia Dei nullam imponit futuris liberis intimam necessitatem: ergo simpliciter & absolutè illæ propositiones erunt contingentes, ac indeterminatæ. Præterea ex eo, quod res est, vel non est determinatè, vel potest esse, aut non esse determinatè, ac sine indifferentia, dicitur oratio determinatè vera vel falsa. Nam veritas orationis commensuratur veritati rei: sed futurum contingens potest esse vel non esse cum indifferentia: ergo & enunciationes contradicentes de futuro contingenti possunt esse veræ vel falsæ cum indifferentia.

Obiectiones aduersarię. Obijciunt primò isti neoterici contra nos. Quoniam res ipsa aut est futura, aut futura non est: mox ille qui de futuro contingenti profert alteram ex contradicentibus vt determinatè veram, asserens veram esse hanc partem, Petrus deambulauit, estò temerè, & absque fundamento hoc proferat, si tamen illud enunciat, quod de facto in re eueniet, procul dubio illa propositio de futuro contingenti est determinatè vera, & opposita determinatè falsa: quandoquidem illud enunciat, quod de facto eueniet, & propositio non

tio non quia temerè vel non temere dicatur sed potius ex eo, quod in re futurum est, dicitur vera vel falsa. Præterea Deus per suam scientiam iam nouit alteram ex contradicentibus determinatè veram vel falsam: ergo quamuis intellectui creato non innotescat hęc determinatio, sed potius occulta sit: tamen in re iam res ipsa futura est determinatè vel non. Porrò hęc oratio, Petrus deambulauit, vel est conformis rei, vèl dissona: ergo vel determinatè vera, vel determinatè falsa. Item si aliquis dicat, Petrus cras non peccabit, & alter è conuerso asserat, Petrus cras peccabit, & neuter ex illis dicit verum vel falsum determinatè, fit consequens quod vnus non negat totum, quod alter affirmat, sed vtriusque enunciatio quasi suspensa & anceps maneat: immò nec erit contradictio, cùm indifferentem habeat significationem, & ex consequenti æquiuocationi videatur implicari. Tandem: si futurum contingens est indeterminatum ad verum, vel falsum, sequitur quòd tàm affirmans, quàm negans propositio de futuro contingente sit falsa. Nam asserere aliquid fore vel non fore, quod reuera indifferens est, falsum est: ergo iam vtraque contradicens erit falsa.

Obijciunt etiam contra modum, quo explicamus cum Diuo Thoma futura contingentia respectu scientiæ Dei esse certa, quatenus æternitati coëxistunt, nam priùs intelligimus, quòd aliquid existat, quàm quòd alteri coëxistat. Non enim potest coëxistere, quod non existit: sed futurum contingens reuera in se nullo modo existit: ergo neque poterit æternitati iam præsens coëxistere.

Ad primam & secundam obiectionem respondemus, quòd tantum probant, alteram esse determinatè veram respectu præscientiæ Dei, & in sensu composito: absolutè tamen & simpliciter est indifferens, & indeterminata, quia absolutum iudicium debet fieri ex natura extremorum, vtraque illę, qui profert illud, quod de facto eueniet, verum *Soluuntur obiectiones.*

profert determinatè respectu scientię Dei: absolutè autē nō profert quod est determinate verum, sed quod indifferēs.

Ad tertiam obiectionem respondemus, malam esse cōsequentiam à determinatione veritatis respectu scientiæ Dei ad determinationem eiusdem absolutè, & ex natura extremorum.

Ad quartam dicimus, neque esse conformem, neque differmē determinatè, quamuis totum, quod negatur, affirmetur sub illa indifferentia. Non itaque est illa propositio, Petrus peccabit, dissona, vel consona, sed non consona purè negatiuè, seu indifferens, quæ negatiua dissonantia non est satis ad falsitatem. Ex his ad quintam constat.

Ad alias rationes respondemus, quod neutra ex illis cōtradicentibus dicit, hoc erit determinatè, vel hoc erit indeterminatè. Nam si primum, vtraque falsa, si secūdum, vtraque vera: sed absolutè attributū de subiecto enuntiat significando determinatè, ideſt determinatam connexionem attributi cum subiectō: cum constet attributo, & subiecto determinatis. Et vt vnò verbo concludam, negari non potest, non inueniri in his tam rigurosam contradictionem, sicut in enunciationibus de præterito, & de præsenti: quia contingentis futuri indifferentia, ipsum facit incapax rigurosæ omninò contradictionis: ac proinde non est illa contradictio determinata, sed indeterminata, & indifferens.

Vltima obiectio tangit illam difficultatem de coëxistentia futurorum in æternitate, & certè, vt iam attigimus prima parte huius relectionis, non dicuntur coëxistere titulo propriæ existentiæ passiuæ intimæ ac formalis, sed titulo actionis increatæ, quę est rei futurę iam actualis productio actiua per determinationē diuinæ volūtatis. Vnde quantūuis Deus æternus sit, omnesq; complectatur tēporis, differentias simul, si nō haberet voluntatē ita efficacē in sui dispositione, proculdubio nō cognosceret infallibiliter futura contingētia. Hinc quāuis requiratur æternitas vt præsens

sit,

ſit, requiritur nihilominus efficacia decreti diuini vt adſit id, quod æternitati coexiſtere poſsit. Hinc D. Thomas præſentiam, & coëxiſtentiam futurorum æternitati, perpetuo in efficaciam diuini propoſiti approbantis, vel permittentis reſoluit. Videatur prima parte queſ. 14. ar. 8. ad primum. Rom. 4. D. etiam Paulus quando dixit de Deo, vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt: ex efficacia vocantis præſentiã accipit. Rurſus, terminus ille, tanquam, ſatis explicat, futura non eſſe præſentia ratione propriæ durationis, ſeu intimæ exiſtentiæ paſsiuæ, ſed quod vocantur tanquam ea, quæ ſunt, ideſt atqui ſi eſſent. Nam ſi ratione propriæ exiſtentiæ, paſsiuæ, & intimę coëxiſterẽt, non oportuiſſet vſurpare hunc terminum, tanquam.

Explicatur quo modo Deus ſit præſens rebus futuris.

CVm æternitas ſit tota ſimul & Perfecta poſſeſsio, iam modo Deus durat durationem correſpondentẽ diei iudicij, eſtque ex parte ſui illi præſens, & etiam durat modo durationem, quæ correſpondebat externæ diei. Nõ autem ſic dicitur, præſens poſsibilibus non futuris, aut tempori poſsibili non futuro, quamuis ſit præſens imaginario durando, ſicut præſens locis imaginarijs omnia implendo. Illa poſsibilia nõ futura, eminenter continet; non autẽ præſentialitate. Si enim nunquam futura ſunt, quo modo poteſt Deus illis eſſe præſens: vel iã durare durationẽ illorũ? Hinc infer figmentũ eſſe admittere præſentiã creaturarũ in Deo, quatenus Deus ſit illis præſens ante ſuũ liberũ decretum, & per conſequens nec earũ ſub hac ratione dabitur viſio, ſed intelligentia ſimplex. Sicut ergo non eſt præſens alicui rei in locis imaginarijs, non quia ipſe præſens nõ ſit, ſed ob defectum præſentiæ illius rei, ita, proportione quadam, ſi non eſt præſens rei futuræ: hoc non proueniet quia ipſe præſens non ſit, quantum eſt ex parte ſui omnibus præteritis &

futuris, ſed quia ipſæ res præſentes nõ ſunt. Et rurſus: ſicut, ſi aliqua res crearetur in locis imaginarijs, eſſet Deus ſine ſui motione præſens illi cum ſola illius rei mutatione: cum iam quantũ eſt ex ſe ſit præſens omni loco, etiam imaginario (hoc enim non eſt minus certum, atq; ſuam æternitatem complecti ſimul omnes temporis differentias) ita etiã, quãdo res futura fit præſens, dicitur Deus præſens ſine mutatione ſui, & ſine ſucceſsione & motu illi rei: cum iã, quantũ eſt ex ſe, ſicut continet omnem locũ, etiam imaginariũ, contineat omnes temporis differentias ſimul. Et nota quod nõ eſt idẽ locus vel tẽpus imaginarium: & locus vel tẽpus poſſibile non futurum: his quippe non eſt actu & formaliter præſens, eſtò eminenter contineat, eſt autem illis.

Præſens Deus in locis imaginarijs.

Iam quod etiam Deus ſit præſens locis imaginarijs definitũ habes apud Tho. expreſſe quod lib. 11. art. 1. in cor. Nã quãuis ibi actu non operetur: eius tamen virtus, cùm ſit infinita, per modũ actus primi quantũ eſt ex ſe præſens & prõta eſt. Et hæc eſt ratio formalis eſſendi in loco ſimpliciter. Siquidẽ actualis operatio, vel eſt ratio eſſendi à poſteriori: vel tantũ eſt ratio formalis eſſendi tali modo in loco: nõ autẽ ſimpliciter. Ex his poteris colligere quænam ſit Angelis ratio eſſendi in loco, eſt quippe nõ operatio, ſed virtutis applicatio. Videas etiã D. Thomã quodlib. 1. art. 4. vbi difinit, quod non per actualẽ operationẽ: ſed per applicationẽ vel vnionẽ virtutis agẽdi ſit Angelus in loco. Videas etiã quod lib. 6. art. 3. ſolu. ad 1. vt ſcias, quomodo, in nihilo poſſit aliquid eſſe. Dicitur enim aliquid eſſe in nihilo, non in vi affirmationis, nẽpe vt in contento ſeu cõtinente: ſed negatiue per negationẽ abſentiæ, quæ negatio, ſi negat abſentiã omnis loci imaginarij, ſatis erit ad id vt habens talẽ negationẽ ſit ſimpliciter vbiq; vt Deus. Si autẽ ſit negatio talis determinati loci imaginarij, nõ eſt eſt ſatis, niſi ad eſſendũ negatiue vbique ſecundum quid. Iam eſſe vbique non in via affirmationis non implicat relationem realem in loco: quia nil eſt:

est: neque in Deo. Sed dicitur Deus realiter esse in loco, vel quia locus imaginarius, vt sic à parte rei est in ratione non entis: vel est Deus vbique realiter per suum reale esse, quo est in seipso, connotata relatione rationis ad locũ imaginarium sicut etiam ab æterno dicitur esse Dei actio realis creandi, & realiter idæa, cõnotato respectu rationis ad possibilem creaturam.

Præsentes igitur dicuntur Deo res futuræ in æternitate, & ob infallibile decretum Dei, & etiam (inadæquate tamẽ) ratione sui esse: nempe quatenus Deus, quantum est ex parte sui, iam præsens est omnibus tẽporum diferentijs: quod D. Ber. expressit sermone. 45. in canti. dicens: & rursus cum suam animam mouet, verbum latere multo minus poterit: non solum quia vbique est presens per suum esse: sed propter hoc magis, quod nisi ipso stimulante deuotionis lingua minime ad loquendum mouetur. Quia vero ipsę res futuræ non habent intimam & realem præsentiam ex parte sui in æternitate secundum proprium esse & durationẽ, non dicuntur omni exparte seu exintegro præsentes. Imo, vt docebo, cõtradictionem implicat dari creaturam in hoc sensu æternam: sed omnis debet necessario habere initium suæ durationis. *Nota diligẽter.*

Obserua item elegantem doctrinam circa ea, quæ diximus. Si duæ res loco distantes deberent vniri in aliquo loco præsentia locali, in quo actiue neutra esset præsens, fieri illud non posset, nisi vtraque moueretur ad illum locum. Pari etiam ratione in ipsa præsentia secundum durationẽ: si duæ res debent fieri præsentes coexistẽtia & duratione, secundum quam ad huc neutra durat, fieri non poterit absque vtriusque mutatione. Cum ergo hodie non durem Ego durationem, quam durabo eras, nec sim præsens crastinæ diei, etiam quantum est exparte mei, nec actio facienda eras sit præsens: quatenus iam modo duret crastinam durationem: cum, in quam, ita distantes simus duratione, & debeamus

beamus duratione vniri, in qua modo nec ego nec actio sumus, proculdubio absque vtriusque mutatione fieri nequibit. Hinc colliges respectu Dei non dari præteritum nec futurũ, esto detur aliquid non præsens, considerata integra præsentialitate. Nil etiam respectu Dei est modo magis, modo minus distans duratione: sed vel Deo est præsens, vel non præsens modo dicto. Certe dies iudicij respectu mei sensim venit (hoc quippe est mihi esse futuram) & cras erit magis propinquior, quam hodie (quod intellige non quia veniat ad me reali mutatione, quod adhuc non est, sed quia ego vado successiuè durando, & dies illa venit decreto diuino) non autem respectu Dei. Nam, quod à Deo duratione non distat, quantum est ex parte Dei, non dicitur magis vel minus æternitati apropinquari, seu respectu eius venire. Itaque non quasi veniendo seu accedendo sensim, vti quodam motu, sed incipiendo esse fiunt res ex integro præsentes Deo. Distant itaque futura à Deo, non duratione: quatenus Deus ex parte sui non sit præsens, & minime distans ab illis, est vtique: sed distant in essendo creaturæ, ac proinde non dicuntur venire, seu esse futura respectu Dei: sed vel esse: vel non esse præsentia ratione propriæ durationis. Noscuntur igitur futura visione in æternitate: non quia durent propria duratione, sed aliena: nam si non propria aliena erit. Noscuntur, inquam, non quia durent propriam durationem: siquidem secundum hanc nec sunt præsentes, nec futuræ respectu Dei, sed non præsentes: sed quia præsentes fiunt æternitate & decreto diuino. Ita Diuus Thom. in disput. q. 8. de cogni. Angelor. arti. 12. cor. vbi ait Deum nóscere futurum, etiã pendens ab arbitrio: quia sua præsentia omnia intuetur: & sua prouidentia omnibus modum imponit. Non ergo à tuo arbitrio sibi modum imponẽti ad hanc partẽ, sed à sua prouidentia omnibus modum imponente habet cognitionem.

Quomodo noscãtur futura à Deo.

Non potest errari aliquid ab æterno simpliciter.

Ex

Ex hac doctrina poteris inferre quod ſicut reſpectu Dei in ſua æternitate nil eſt futurum: ita neque, ſi daretur Angelus ab æterno eſſet aliquid futurum reſpectu eius: ex æquo quippe diſtarent Angelus & Deus: eſto alio modo. Mox vel Angelus ille æternus ab æterno duraſſet ſuam durationem hodiernam, ſecundum quam eſt ei præſens hodierna actio: vel non. Si des primum Angelus eſſet præſens per eſſentiam, ſicut Deus: ſi ſecundũ, non poſſet fieri præſens hodiernæ actioni niſi cum ſui mutatione, vel motu. Iam, cum ſpatium durationis ab æterno ſit infinitum pertranſiri non poteſt: eſto dicant quod tantum à parte ante eſt infinitum. Nã etiam duratio Angeli hodie creati tantum eſſet à parte poſt infinita, & tamen nunquam erit tota comſumpta. Rogo: ſi Angelus ab æterno conditus verſus æternitatem quaſi regrederetur, ſi inquam hoc fieri poſſet, peruenire vnquam ad initium eius, quod initium non habet? minime gẽtium. Quo modo ergo venire potuit, & finire durationem? nunquid longius effectum eſt durationis ſpacium, & via in regreſſu? Plane quæ quis egrediendo finit, etiam regrediendo finiet. *D. Thom.* *Nota.*

Concludo igitur quòd ſit impoſsibile, vel tempus, vel quamuis aliam creaturam non habere actu initium ſuæ durationis: ac proinde etiam impoſsibile eſt, quod potuerit eſſe ab æterno, vſurpato iſto termino, æternum ſimpliciter, ſeu vt aiunt categorematice. Et eſt expreſſa D. Thomæ ſententia Quodlib. 5. art. prim. vbi habet in duplici ſenſu poſſe nos explicare, quod mundus potuit eſſe ab æterno. Primo, ita vt iſte terminus ab æterno ſumatur ſimpliciter, ſeu categorematice, ideſt quod potuerit eſſe ab æterno, ita vt nunquam non fuerit. Secundo iſta vt eſſe poſſe ab æterno ſumatur ſyncategorematice ſeu poteſtate, faciatque hunc ſenſum. Mundus, vel Tempus potuerunt fieri à Deo, & eſſe ab æterno, quatenus quolibet inſtanti ſeu tempore dato, & de- *Quo modo mundus potuit eſſe ab æterno in doctrina D. Tho.*

& deſignato, ante produci, & eſſe potuerunt, & ſic in infinitum. Diſtinctione hac propoſita, reſoluit D. Thomas ſequutus antiquos Patres (quos non bene interpretantur Neoterici) quod Mũdus non potuit eſſe ab æterno primo modo, ſed ſecundo. Sicut creari non poteſt infinitum actu nec abſolute, nec in aliquo genere: ita nec infinita duratio actu, & per conſequens nec vlla creatura ab eterno: iam vtique ſaltim à parte ante eſſet actu infinita eius duratio, & ſub hac conſideratione non eſſet ſub numero, pondere, & mẽſura, vtpote immenſurabilis, & actu infinita à parte ante: hæc autem implicant. Nã etiam vt à parte ante ſeu ab æterno eſſet participata & creata duratio, non tantum in ratione entis: ſed etiam in ratione durationis. Sicut ergo non poteſt dari linea infinita actu: non modo exparte capitis vtriuſque ſine principio ſcilicet & fine: ſed neque ſine principio, qnamuis haberet finem: neque ſine fine actu, eſto haberet principiũ: ita in duratione creata & participata Philoſophandum eſt. Etiam addit D. Thomas quod lib. 4. q. 3. ar. vlt. quod res, quę ad ſui vnitatem numericam requirunt durationis continuitatem ſicut motus & tempus, nec ſyncategorematicè poſſunt fieri ab æterno, niſi eo tempore, quo de facto producta fuêre, ſi tamẽ rigoroſa eorum vnitas numerica obſeruetur. Obijcies: quolibet inſtanti deſignato potuit Deus ante creare mundum, & ſic in infinitum: ergo potuit creare illum, ſimpliciter ab æterno. Huic argumento reſpondet D. Tho. q. 3 de creat. art. 14. ad. 6. negando conſeq. nam in ſimili formæ datur antecedens verum & conſequens falſum in hac argumentatione: Poteſt Deus, qualibet data creatura, facere meliorem, & ſic in infinitum: ergo poteſt facere creaturam infinitæ bonitatis. Hæc (ait D. Tho.) conſequentia vitioſa eſt, quia quęuis creatura de facto producta, ſemper eſt finita. Et idem dicito de durationis inceptione.

Quare nulla creatura poſsit eſſe ab æterno.

motus tempus actionis creatæ nullo modo poſſunt eſſe ab æterno.

Ex dictis ſuperius colligè tertio, quomodo inter futurũ, & præſens, etiam in rebus, quæ de facto futuræ ſunt dęture:

medium,

medium, nimirum non præsens. sicut inter hoc quod est Petrum esse præsentem Romæ, seu accedentem ad Romam motu locali datur medium, nempe non esse præsentem. Nam antequam Petrus existeret, neque erat Romæ neque mouebatur ad Romam. Eadem etiam ratione inter esse præsentem aliquam creaturam æternitati, & esse futuram seu quasi venire, datur medium, scilicet non esse præsentem. Certè si accessum vel esse consideres, & propriam durationem, nec magis, nec minus distant futura à Deo quam possibilia.

Concludendum itaque est de ratione temporis, & cuiusuis creaturæ esse habere initium in sua duratione actu: solus Deus ratione suæ æternitatis nescit principium, nec finem potestate, vel actu, sed est tota simul, & perfecta possessio æternitas eius. Æuum principium habet durationis actu, non tamen finem ab intrinseco: tempus discretum finem & principium actu. Tempus continuum, finem actu, & etiam principium cum continua successione.

Obijcies contra dicta. Nam Diuus Thomas persepe docet Deum potuisse creare mundum ab æterno. Respon. Diuum Thomam suam mentem explicasse quodlibeto cita to dicens, potuisse non simpliciter, sed syncategorematicè. Respon. secundo ex eodem D. Thoma in Disput. quæst. de scientia Dei, art, 10. ad 2. maximè distingui duo hæc videlicet Deum posse creare infinitum actu, & infinitum actu posse creari à Deo. Nam primum dat, negat autem secundum: ita etiam maximè differūt duo hæc: Deus potuit creare mundum ab æterno: & mundus potuit creari ab æterno. hîc itaque deficit Grammatica, nam primum do, & dat Diuus Thomas: secundum autem nego. & ratio est, quia primum notat non prouenire ex impotentia Dei: secundum verò prouenire ex infactibilitate rei.

Obserua hæc.

Mūdum potuit creare Deus ab æterno: non autē potuit creari mundus.

Vnde minus rectè quidam Doctor. 1. part. quæst. 46 art. 2.

Toletus Ca. repræhendit Toletũ hanc diſtinctionẽ ex D. Tho. deſſ. imptã amplectentẽ. Nec ſunt alicuius momẽti quæ obijcit argumenta Doctor egredius. Obijcit ergo 1. nam etiam infimæ claſsis Grammatici norunt, quod bene valeat ab actiua ad paſsiuam, & è conuerſo. Obijcit. 2. nam, ſi in Deo eſt potentia, vt producat ab æterno mundum: ergo pręexiſtebat mundus producendus ab æterno in potentia Dei, & per conſequens potuit produci ab æterno. Obijcit tandem: quia eadem ratione poſſemus dicere, quòd Deus potuit alium filium generare, & duas contradicentes ſimul veras facere, eſtô hæc fieri non potuerint. Iſtæ nihilominus obiectiones facilimo negotio diſſoluuntur, & expediuntur. Primæ reſpondetur primo, ſatis eſſe ad illam conſequentiam quod mundus potuerit fieri ab æterno modo dicto a D. Thom. in quodlib. Reſpo. 2. conſequentiam eſſe bonam in omni ſenſu, quando potentia actiua adęquate ſpecificatur à paſsiua: non autem eſt ſemper vera, ſi non ſpecificetur, ſicut non ſpecificatur potentia Dei actiua à creatura poſsibili. His adde, quod vt obiectio ait, qui modo præfato, inferunt ſunt infimę claſsis grammatici, quorum non eſt habenda ratio, ſed Theologorum.

Taxatur quidam recentior.

Reſpon. 2. obiectioni mundum producendum ab æterno, non præexiſtere in Deo, quia impoſsibile non præexiſtit in Deo: ſed præexiſtit in Deo, quãtum eſt ex parte Dei mundus ab æterno, actiue tamen.

Ad vltimam dicimus diſparem eſſe rationem: nam tam exparte factibilis, & generabilis, quam ex parte facientis ſeu generantis repugnat productio alterius filij & dari duas contradicentes ſimul veras: at vt habes ex D. Tho. in diſpu. loco citato, non ex parte vtriuſque repugnat productio infiniti actu, aut pariter mundi ab æterno procreatio. Si redarguas etiam hæc implicant contra dictionem. R. implicare ex parte rei factibilis tantum: qua etiam ratione

Digitized by Google

tione optime dicemus quod Deus nõ potest facere quod sit factum, aut fiat infinitum in actu: potest tamen dici, quod Deus potest facere infinita actu. Hoc enim nil aliud est quã affimare in Deo esse actu infinitas rationes seu perfectiones secundum quas potest Deus infinita in actu facere: non tamen possunt illa fieri. Rogo: si non esset posibile vas grandius aut locus quam parua vrna, non ne optime diceremus mare continere aquam ad replendum maiorem locum, vel vas, quantum est ex se, esto non dici posset maior locus vel vrna impleri potest? ita plane. Non ergo cõtemnamus hanc solutionẽ & doctrinã, nam & vera est, & ex D. T. exhausta.

PARS SECVNDA CONTRA scientiam mediam.

Aduersaria proponitur opinio de scientia media.

ECCLESIÆ lumen D. Thomas obseruans non dari medium inter præteritum, præsens, & futurũ de facto ex parte vna: & non præteritum, non præsens, non futurum de facto, sed de posibili tantum ex parte alia, mediã scientiam non nouit, sed visionis, qua illa priora, & simplicis intelligentiæ, qua hæc alia cognoscuntur à Deo. Nonnulli neoterici mediam, præter adductas à D. Tho. introduxère scientiam in Deo. Habet igitur quidam 1. part. quæst. 14. super ar. 13. in hunc modum. Triplicem scientiam oportet distinguamus in Deo, nisi periculosè in concilianda libertate arbitrij nostri, & contingentia rerum cum diuina præscientia hallucinari velimus. Vnam merè naturalem, quæ

D. Thom.

Quomodo à Neoterico constituatur scientia media.

quæ proinde nulla ratione potuit esse aliter in Deo, per quam omnia ea cognouit, ad quæ diuina potentia siue immediatè, siue interuentu causarum secundarum sese extendit: tum quo ad naturas singulorum, & complexiones eorum necessarias, tum etiam quò ad contingentes, non quidem quòd futuræ essent, vel non essent determinatè, sed quòd indifferenter, esse & non esse possent, quod eis necessario competit atque adeo sub scientiam Dei naturalem etiam cadit. Aliam merè liberam, qua Deus post liberum actum suæ voluntatis absque hypotesi, & conditione aliqua cognouit absolutè, ac determinatè ex complexionibus omnibus contingentibus, quænam reipsa essent futuræ, quæ non. Tertiam denique mediam scientiam, qua ex altissima, & inscrutabili comprehensione cuiusque arbitrij in sua essentia intuitus est, quid pro sua innata libertate, si in hoc, vel in illo, vel etiam in infinitis rerum ordinibus collocaretur, facturum esset, cum tamen posset, si vellet, facere re ipsa oppositum.

Media scientia non est libera.

Scisciabitur aliquis an huiusmodi scientia media appellanda sit libera, an naturalis. Ad quod imprimis respondemus; eam nulla ratione esse liberam dicendam: tum quia antecedit omnem liberum actum voluntatis diuinæ, tum etiam, quia in potestate Dei non fuit scire per eam scientiam aliud, quam re ipsa sciuerit: ac proinde cum naturali, vt distinguitur contra liberam, erit annumeranda. Deinde dicendum, neque etiam in eo sensu esse naturalem, quasi ita innata sit Deo, vt non potuerit scire oppositum eius, quod per eam cognoscit. Si namque liberum arbitrium creatum acturum esset oppositum, vt reuera potest, id ipsum sciuisset per eandem scientiam, non autem quod re ipsa scit. Quare non est magis innatum Deo scire per eam scientiam hanc partem contradictionis ab arbitrio pendentem, quam oppositam.

Dicendum

Dicendum ergo est partim habere conditionem scientiæ naturalis, quatenus præuenit actum liberum voluntatis diuinæ, neque in potestate Dei fuit aliud scire: partim habere conditionem scientiæ liberæ, quatenus quod sit vnius potius partis quam alterius, habeat ex eo quod liberum arbitrium ex hypothesi in vno aut altero ordine rerum, esset potius facturum vnum quam aliud, cum vtrumuis indifferenter posset facere. Hæc loco adducto quidam ex recentioribus Theologis. *Scientia media quomodo extremorum omnium capit.*

Idem author eodem loco paulo inferius habet ideo Deum præscire consensum nostri arbitrij, quia id nostrum arbitrium vult facere, & non è conuerso. Et rursus ita pergit. Inde vero apertissime sequitur scientiam, qua Deus antequam statuat rem liberam creare, præuidet, quid sit factura ex hypothesi quod in eo rerum ordine collocaretur, pendere ex eo, quod ipsa pro sua libertate, hoc vel illud sit factura, & non è contrario. *Deum pensilem facit scientia media.*

Affirmat præterea quod ad hanc scientiam mediam requiritur altissima illa comprehensio arbitrij, nec sufficit alia. Requiritur etiam, quod emineat arbitrio comprehenso. Vnde, cum comprehensio, qua Deus suum arbitrium comprehendit non illi emineat, nec altior sit, sed sint æqua les, non habet Deus hanc scientiam mediam respectu sui arbitrij, nec præuidet quid facturum sit in tali euentu, sicut præscit nostrum consensum. Præpediretur enim libertas diuina. Hæc neotericus, & multa alia, quæ simul impugnabuntur, & proponentur. *Scientia media requirit altissimam quandà arbitrij comprehensionem.*

Quidam Thomista inuehitur contra scientiam conditionatam & optime procedit. Nam si conditio explicetur ex parte cognitionis, & notat dependentiam cognitionis à conditione, non est admittenda in Deo talis cognitio. Non enim ex eo ille conditionatus consensus noscitur à Deo, quia apponitur talis conditio: sed ideo adest, quia

Deus ſcit. Scientia itaque diuina eſt menſura, nec exit à ſe, nec conſulit, aut expectat conditiones, vt ſciat, ſed potius res inter ſe cum his conditionibus eueniunt, quia Deus nouit. Eſt igitur ſcientia dei obiectiuè, non autem formaliter, vel ſubiectiuè conditionata: in quo ſenſu etiam inuenitur in Deo cognitio rei per cauſam. Bene itaque Thomiſta refutat ſcientiam conditionatam qualis conſtituitur à neotericis doctoribus, nam inuoluere imperfectionem in Deo, miſeriam, & dependentiam. Solum itaque poteſt admitti conditio, ſicut etiam inuenitur in ſcientia viſionis. Videt vtique, non conditionatè: ſed conditiones. Nec enim noui quomodo videat quis conditionatè: niſi præſens non præſens, factum non factum, futurum non futurum introducas. Quis vnquam audiuit quod deambulet quis, aut comedat hoc genere conditionis? Res ergo, ſiue, vt ſit, ſupponat aliquam conditionē, vt illuminatio aeris Solis ortum: ſiue nō ſupponat, vel eſt præſens, vel non: vel exiſtit, vel non. Videt itaque Deus rem futurā cū dependētia ipſius rei à tali cōditione, ita vt hæc depēdētia ex parte cognitorū ſe teneat: totus tamen iſte modus futuritionis in abſolutū Dei decretū vel volentis, & perficientis, vel permittētis reducenduseſt.

Sciētia Dei non ſubiectiue conditionata.

Non datur conditionata viſio.

Etiam laudo Thomiſtam quando in aditu controuerſiæ cuiuſdam ait, quod omnia vel cognoſcuntur à Deo vt purè poſsibilia ſimplici intelligentia: vel vt futura actu, & hæc viſione. Omnia quippe his duobus ordinibus & ſtatibus concluduntur, nec datur medius: ſed tamen inter poſsibilia debebat conſtituere poſsibilem futuritionem.

Omnia noſcūtur à Deo vel ſimplici intelligentia: vel viſione.

Placet etiam, quando ſubiungit non conuenire Deo coniecturalem cognitionem effectus liberi, vel contingentis, vt eſt in ſua cauſa: qnatenus contingenti & indifferenti: eſto noſcat determinatum conſenſum futurum in arbitrio, indifferenti quidem: ideſt non coacto, vel determinato neceſsitate, quæ præpediat libertatem: determinato autem neceſsi-

Digitized by Google

neceſsitate infallibilitatis per auxilia diuina phyſica & efficacia, quæ noſtrum conſenſum præueniunt. Quidam dicũt dũ refellũt ſci. med. prædeterminationem ſuauem arbitrij non poſſe ſe tenere ex parte Dei ſolum, quia Deus in ſe non poteſt determinare aliquid ad extra producendum niſi determinando rem quam cauſat. Fit igitur cõſequens, quod eatenus Deus dicatur determinatus ad dictum effectum producendum, quatenus determinat cauſam, quæ ex ſe erat indifferens, & ea ratione etiam dicendus eſt Deus indifferens ad vtrumlibet, nempe ad vnum, vel alterum effectum producendum, qua relinquit cauſam liberam, vel indifferentem ſub illa indifferentia. Hæc inquam non placent: non enim Deus ſuas determinationes, vel indifferentias haurit à nobis, vel ab alijs creaturis poſsibilibus, vel futuris: nec ideo Deus in ſe determinatur: quia cauſæ ſecundæ determinatæ ſint, ſed potius è conuerſo, niſi velimus incurrere in ea, quæ inſtituimus confutare. Non itaque præuidetur, aut præſcitur determinatio cauſarum, vt hauriat determinationem ab illis, ſed præſcitur vt fructus vel effectus, ſaltim permiſſus interea, à ſua ſcientia & de decreto. Videt igitur futurum conſenſum, vel præſcit in ſuis ideis & efficaci decreto: vt in eis eluceat determinatio cauſarũ, non autẽ vt eluceat in ſpecie intelligibili diuina eſſe poſsibile, paſsiua quadam, ſeu quaſi paſsiua poſsibilitate: ſed actiua: alioqui Deus exiret à ſe, vt determinaretur. Et animaduerte maxime diſtingui poſsibiles creaturas poſsibilitate actiua: & eaſdem poſsibilitate paſsiua vſurpatas. Nũ ſub illa creaturæ poſsibiles etiam quo ad eſſe repræſentatum ſunt Deus ipſe formaliter. Item poſsibiles iſti effectus poſsibilitate actiua ſunt abſolutè actu infiniti in ipſo Deo: poſsibiles vero paſsiua poſsibilitate: non niſi poteſtate ſeu, vt aiunt, Syncathegomaticè. Ex quo profundiſsime vt ſolet loquens Diuus Thomas in quæſtionibus Diſputatis quæ-

Nota.

ſtione

ſtione vnica de ſcientia Dei articulo 10. ad 2. in hunc modum habet. Differunt duo hæc: videlicet Deum poſſe creare infinitũ actu: & infinitum poſſe creari à Deo. Nam primum ingenue admittitur à Diuo Thoma: negatur autem ſecundum. Et ratio eſt, quia primum notat actiuas poſsibilitates: ſecundum vero paſsiuas.

Quomodo Deus ſcientia viſionis noſcat infinitos actu effectus.

Hinc etiam intelliges quo modo Deus ſcientia viſionis noſcat infinitas actu hominum cogitationes futuras: hoc vtique intelligitur de poſsibilibus, & futuris de facto: poſsibilitate tamen actiua: non autem paſsiua. Intelligitur inquam, de ideis, in quibus elucent actiuè futuræ cogitationes. Et etiam videtur in eiſdem propter determinationem diuini decreti de illarum productione de facto. Iam vero non decreuit Deus quod aliquando actu productæ ſint infinitæ actu cogitationes, ſed non tot, quin plures producẽdæ futuræque ſint. Si hæc obſeruet Theologus multas, & nõ vulgares expediet difficultates. Ex hac etiam doctrina colliges quo modo cognitio infinitorum effectuum in Deo poſsibilitate actiua inferat formaliter diuinę eſſentiæ comprehenſionem: non autem cognitio eorundem poſsibilitate paſsiua, niſi nimium materialiter & indirecte.

Non etiam placet quod quidam aſſerunt, nempe futura conditionata noſci viſione. Nam, ſi cognitio datur futuri conditionati, qualis ſtatuitur per ſcientiam mediam, non eſt viſionis: ſed ſimplicis intelligẽtię præcedens actuale decretum de facto & in actu. Nam actuale decretum in actu vſurpatum & de facto ſolum requiritur, vt futuri euentus, ſiue abſoluti, ſiue conditionati de facto ſint: ſiue ſint cum conditione, ſiue ſine illa. At, ſi futuritio ſit poſsibilis, non requiritur decretum actu & de facto: ſed de poſsibili.

Etiam diſplicent, qui affirmant Deum non noſcere peccata ante ſuum actuale decretum. Nam ante omne decretum, quod Deus actu habet & de facto, nouit ſimplici intelligen-

telligentia peccata, in quæ homo laberetur in tali posſibili occaſioee, noſcens, vt iam dixi, circumuenientia, præueniẽtia, defectibilitatem, libertatem, & negationem ſuorum auxiliorum. Non laudo eos, qui afirmant quod Deus habeat coniecturalem cognitionem eminenter, vel ſcientiam mediam eminenter. Nam, eſt implicare in adiecto, ſicut dicere, quod ſit eminenter ignorans, dubitans, dependens, fallibilis: & quid creatum. Quænam obſecro poteſt cadere ſupra ipſam imperfectionem, vt ſic, eminentia, niſi velis ex conſequenti afirmare Deum poſſe peccare eminenter? Expreſſam habet Diuus Thomas hanc doctrinam in Diputatis de ſcientia Dei art. 12. ad 6. vbi coniecturalem cognitionem afirmat quadrare nobis, non autem Deo, quia Deus perfectius nouit indifferentiã. Videatur etiam. 1. cõtra Gẽ. cap 67. Et certe ſi ſciẽtia media, vt cõſtituitur à neoterico, nullibi eſt formaliter (imo eſt purum nil & figmentũ) non poterit eſſe in Deo eminenter. Dicendum igitur eſt nouiſſe Deum pœnitentiam Tyri & Sydonis poſsibilem conditionatè ſimplici intelligentia formaliſsime & certiſsime in auxilio ſuo efficaci: vt repræſentato in idea poſsibiter determinata per poſsibile decretum diuinum, Quando vero ſunt conditiones chimericæ à nobis fabricandæ, vel fabricatæ, nouit Deus etiam, quatenus comprehendens nos, noſtrum poſſe, & omnia, quibus præueniri poſſumus, cognoſcit etiam omnia, quæ poſſumus fingere, & comminiſci. Cognoſcit, inquam, conditiones, fallibilitates, figmenta, cõtingentias, non cõditionate, non fallibiliter, non fictiè, non contingenter, ſed certo & immutabili iudicio. Caue ergo Thomiſta, ne admittas ſcientiam mediam, vel formaliter, vel eminenter in Deo. Nulla enim ratione admittenda eſt. Imo auctor ſcientiæ mediæ, quam iſti Theologi eminentem vocant, formalem appellat, neque enim cum imperfectione coniecturæ, vel incertitudinis ab illo

Coniecturalis cognitio, nec eminenter admittitur in Deo.

D. Thomas.

D ſtatutui-

ſtatuitur ſcientia media: ac proinde in re conueniunt. Vnde Deus in præuenientibus Tyros & Sydones nouit futurum poſsibilem conſenſum, ſuppoſito quod illa minor non reſiſtentia, ſeu non obduratio procederet ex auxilio Dei. Nam, ſi relinquatur intra limites naturalis ordinis, ſolam dicit remotiſsimam cõgruitatem ad gratiam, ſed non infallibilitatẽ: nec dat: vt ſic infallibilem cognitionem, ſed illam, quæ nec eminenter, vt dixi poteſt eſſe in Deo. Et tunc verba Euangelij intelliguntur ita. Egiſſent pœnitentiã, ideſt nõ fuiſſent quãtum eſt ex parte ſui adeò obdurati, nec peccaſſent per impœnitentiam, ſicut vos. Nam vt non obduratio dicat infallibilem ordinem ad gratiæ conſecutionem debet procedere ex auxilio ſupernaturali

Iuſtè arguit quidam Thomiſta quendam neotericum, quatenus affirmabat, quòd Deus ipſe, ſicut noſtrũ, ita præcognoſcat ſuum futurum decretum liberum. Nam vt conſtabit, præpediretur libertas Dei: nec Dei arbitrium eſſet primum determinans ſimpliciter & per eſſentiam, quò ad hoc, quod eſt rem eſſe vel non eſſe, ſeu quò ad exercitium: quod falſum eſt, ſiue res in ſe neceſſariò, ſiue infallibiliter tantùm eueniant determinatè per præuenientia. Nam arbitrium diuinum, ſeu decretum ſub conceptu arbitrij, ſeu decreti, eſt primus fons omnis determinationis quò ad eſſe vel non eſſe, ſiue deputentur, & prædeterminentur cauſæ neceſſariæ ad effectus neceſſarios, ſiue liberę ad liberos. Satis ergo eſt, vt loquendo de ſimplici intelligentia, noſcat in illo ſigno ſuum decretum poſsibile, & quòd ſit poſsibiliter certum quò ad talem partem, ſiue volendo, ſiue permittendo, quatenus talis determinatio ſit ab ipſomet decreto, quod vt decretum Dei, eſt primum determinans per eſſentiam. Quamuis itaque decretum Dei noſcatur poſsibiliter determinatum à ſe ad determinandum noſtrum, quò ad ſpecificationem conſtitutum in tali diſpoſitione, &

Nota.

præue-

præuenientibus, quia in illis (non impossibile omninò) sed infallibile est non posse determinari oppositum: at non est determinatum quò ad exercitium seu quò ad esse, vel non esse: potest quippe Deus non decernere: vt de facto multa ita possibilia decreuit non facere: & hoc est satis.

Agit Autor contra scientiam mediam.

PRimum de nomine scientiæ mediæ agamus, & de motiuo seu causa, ob quam talem inuenerunt nominis impositionem. Volunt ergo dici mediam, quatenus particeps sit vtriusque extremi nimirum scientiæ omninò innatæ, & etiam liberæ: illius quidem quia non fuit in libertate Dei aliud scire, seu scire oppositum, estò potuerit, seu non repugnauerit oppositum scire: huius verò: quia non repugnabat oppositum sciri: ac proinde non ita erat omninò innata seu naturalis, & per se, vt non potuerit oppositum sciri: nec ita libera, vt fuerit in libertate Dei oppositum scire. Sed rogo quomodo potuit scire oppositum, si nunquam reuocanda ad actum: hæc potentia? Nonne frustrà? Certe ad hominem arguendo, si inanis dicitur potentia auxilij sufficientis à vobis, qualis à nobis constituitur, quia nunquam reuocatur ad actum: etiam hæc potentia erit inanis. Rursus: si rem obseruent, & suum motiuum vsurpandi nomen scientiæ considerent, non debuerunt eam appellare mediam (nisi mediam dicant: quia nec est omnino per se nec omnino per accidens; sed media) sed contingentem. Nam, quod aliter potest, vel potuit esse, si tamen liberum sit, vel dispositiue, vel saltim permissiue, non dicitur contingens, cum sit præuisum, intentum, aut permissum: at, si aliter potuit esse, antequam intelligamus libertatem, & præuisionem, dicitur planè contingens, & casuale:

Si daretur scientia media, contingens esset, & variabilis.

caſuale: ac proinde ſcientia Dei diceretur talis per ſe, & ne-neſſaria, ſeu immutabilis, quatenus à ſe ipſo variari, & mutari nō poterat, & quatenus non erat in ſua libertate, vt oppoſitum eſſet, & ſciret: diceretur nihilominus per accidēs, mutabilis, & variabilis quatenus potuit ſcire oppoſitum. Certe vt Angelus non ſit in ſuo eſſe omnino immutabilis, ſatis eſt quod ab extrinſeco anihilari & mutari poſsit. Caſum igitur, fortunam, & contingentiam admittis reſpectu Dei, & in eius ſcientia: & iam fortunatū, iam infelicē nobis proponere videmini Deū. Fortunatum quidem dū volenti omnes homines ſaluos facere, occurit bonus vſus arbitrij Petri, & non Iudæ, & non ex motione efficaci, & intentione voluntatis diuinę, ſed ex alieno Marte. Itaque ſi cecidit ſors ſuper Petrum, & non ſuper Iudam, non ex vocante dicetur. Non ergo Petrus inuenit gratiam coràm oculis Domini, ſed potius Deus volens ſaluare Petrū inuenit gratiā in vſu arbitrij Petri, & non Iudæ. Præter intendentē volūtatē Dei cecidit ſors: nam, vt dicitis fortè Deus, quantū eſt ex parte ſuę auxiliatricis volūtatis, magis iuuauit Iudam: in Petro nihilominus theſaurus inuentus eſt.

Denm infortunatū ſciētia media videtur facere.

Dices? Quamuis præter intentionem, ſeu virtutem auxilij, vt ſic: at non præter ſcientiā. Sed contra ita inſiſto, & vrgeo rogans. Quare conſenſum præſciuit in Petro, & non in Iuda? Præſciuit vt eius menſura, quatenus ideo conſenſus futurus, quia præſcitus, an è cōtra? Das hoc vltimū: inuenit itaque Deus conſenſū: inuenire autem fortunati eſt. Inops igitur Deus conſilij, & efficaciæ à ſe exiuit quærens arbitrium, quod adderet efficaciam, & inuenit illam in arbitrio Petri, & non in Iuda. Fortunatus igitur in Diuo Petro, vtpote qui in laborem Petri introiuit: & in Iuda infœlix eſſet Deus. Sed tamen rogo, iſte bonus vſus noſtræ libertatis quatenus diſtinguit, & diſcernit, quatenus, inquam, præſcitur, & non ex prædeterminatione diuini auxilij, eſt

bona

Digitized by Google

bona sors? Est bona fortuna? Bona planè. Sed vnde? Si non ex Deo vocante efficaciter, ergo ex te hac ex parte habebas fortunam. Si ita, cur Rex vates dixit. In manibus tuis sortes meæ? Non dixit: in scientia tua tantùm, sed in manibus, in tua omnipotentia. Cum posses Petre non consentire in tali ordine, quare de facto præsciuit Deus hanc partem? Fuit casus, contingentia, an perse? Fuit fatũ? Aut quid fuit? Quænam mensura huius fati? Fatum ergo das præter illud quod est diffinitum à Boetio, dispositio rebus mobilibus inhærens, per quam prouidentia Diuina suis quæque nectit ordinibus. Dices non esse fatum Petro, sed per se, & ex intẽtione. Sed rogo. Quare perse, & ex intentione respectu Petri? Num quid arbitrium Petri prima mensura est? Sed vnde hanc intentionem, & non illam? Obserua ergo nouelle Theologe, obserua hæc incommoda, videas inconuenientia, & caue ne scientia media medium sit remedium Dei euacuans: ne medium sit, & via, qua ad hæc præcipitia peruenia tur. Dei namque scientia est mensura omnium. Dei voluntas, propositum & efficacia est tua bona sors, & gratia: non ergo quam inuenis etiam efficacem gloriere à te præhabitam, & ideo præscitam. Nulla alia fortuna datur bona præter gratiam Dei, quæ cæca, seu temeraria non est, sed summæ coniũcta prouidentiæ: nisi cæcam dicas quatenus nullã præuidens, seu præsupponens in nobis bonitatem, nisi à se causandam, secum detulit quod in nobis ipsa amaret. Nisi cæcã dicas, quatenus ex parte nostri nulla militabat ratio, sed solus diuinus amor, cum immensa nihilominus sapientia, & prouidentia coniunctus. Quæ sapientia simpliciter immutabilis est, nisi carnaliter (vt optimè infert Diuus Thomas tertio contra Gentes capite nonagesimo octauo) velis sentire de Deo. Hinc omnis, quamtùmuis barbara natio Deum, non inopem, sed efficacem consilij confitens, in omni euentu, & in quouis negotio peragendo, vt efficaciter

Psalmo.

Fatum dari videtur media scientia preter illud à Boetio diffinitum.

Sola gratia Dei est bona sors et bona fortuna, quæ cæca non est.

D. Thomas.

citer bonum sortiatur exitum, clamat vtinam, vtinã, quod aduerbium apud omnes nationes significat idem quod apud Hyspanos, Plegue à Dios, oxala. Certè si Deus tantùm daret illud inefficax auxilium, illam in efficacem prouidentiam, nõ oporteret iterum atque iterum repetere, vtinam, vtinam. Hæc enim non denegantur: quinimo, vt aduersarij volunt, sæpe id, in quod maius beneplacitum Dei declinat, non fit: fit autem id, in quod minus: ac proinde aduerbium, vtinam, in nostrum arbitrium conuertendum esset. Igitur si non linguis, conceptibus tamen loquamur omnium nationum. Nec vuarum musto madere deputabimur, sed Spiritu sancto repleti. Dicamus vtinam, inuocemus beneplacitum Dei: hoc enim si habeas, poteris dicere: satis mihi est. Hinc Vatablus Genes. 17. vbi habetur, vtinam Ismael &c. ait. Satis mihi est. Certè scientia media videtur in præscientia, seu intentione admittere quæ in executione, & de facto Origenes constituit antiqua illa merita animarum. Sapientissimus, & eloquentissimus magister Frater Ludouicus Granatensis feria 4. post 4. Domin. Quadragesimæ sermone. 1. in ipsa æterna Dei scientia, & prouidentia non admittens nostram libertatem, vt diffinientem, sed vt diffinitam, in hunc modum habet. Vbi eras, quando hanc tantam gratiam à Deo gratis accepisti?

Quid sibi vult terminus iste, vtinã.

Vatablus Gene. 17.

F. Ludoui. Granatẽsis.

Porro si non est simpliciter innata, & naturalis omnis cognitio Dei, vel à sua libertate constituta, absque eo quòd exeat à se, & sine dependentia ab extraneo: si inquam, eam haurit ex arbitrio nostro, dicatur potiùs quòd declinat, non in liberam, sed in scientiam acquisitam. Acquisiuit itaque scientiam Deus, & discipulus fuit, etiam se non consentiente, in scholis nostri arbitrij, Magistro, & Cathedratico existente creato arbitrio. Quod plane repugnare videtur ei, quod habetur Ioan. 2. Opus est non erat, vt quis testi-

Ioan. 2.

teſtimonium perhiberet de homine: ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine. Nonne eſt cognitio, quam appellas mediam, ſi daretur, talis per eſſentiam? Ita plane: igitur eſt ſimpliciter prima, ſubſiſtens independens ab alio, & non ab alio hauſta. Quod eſt tale per eſſentiam non habet pro ſui ratione, pro lege, pro menſura aliud extraneum: nam quod eſt tale per eſſentiam, eſt primum ſimpliciter, & cæterorum non menſuratum, ſed menſura. Si ergo ſcientia illa Dei eſt menſura obiecti, iam non ideo ſcit, quia res ſit futura, ſed potius è conuerſo dicendum eſt: alioqui non eſſet practica cognitio, cum ſit menſurata ab obiecto, ſed ſimpliciter Theoritica. Porro ſi talis ſcientia, vt dicunt, dependet à nobis: vel dependet vt à cauſa prima, & tali per eſſentiam: & ita iam daretur alter Deus, præter Deum verum: vel dependet vt à cauſa ſecunda, iam cauſationi, vel ſaltim permiſsioni cauſæ primæ ſubordinata: ſi primum, Deum faciunt, vt dixi noſtrum arbitrium: ſi ſecundum, iam implicant, iam omnia velint, nolint in Deum reſoluunt: iam non à nobis pendet Dei ſcientia. Nonergo eſt dimidianda & opprimenda cum ſcientia libertas diuina, vt extollatur noſtra: hoc enim non eſt extollere, ſed tollere. Siquidem oppreſſo eo, quod eſt tale per eſſentiam, opprimi etiam, & iacturam pati id, quod eſt tale per participationem, neceſſe eſt. Melius Deo eſſet iſta futura non ſcire, ſi cognoſci non poſſent, niſi dependenter à nobis.

Præterea dum mediam dant ſcientiam, videntur nõ dare integrã. Nomẽ igitur mediæ non nihil auaritiæ & parcitatis notare videtur erga Deũ. Demus ergo integrã & nõ dimidiatã ſcientiã creatori nõ, neſciẽtes per mediã ſciẽtiã proferũt in mediũ imperfectionẽ, quã in Deo cõſtituũt, media dicitur & certè in medio cõſiſtit virtus quãdo extrema ſũt vitioſa: at quãdo extrema perfectiſsima ſũt, mediũ mali ſuſpitione nõ

caret

caret, aut ſaltem minus perfecti. Non ita bonum elegiſtis mediatorem, & conciliatorem inter libertatem noſtram & Deum. Non enim mediat, ſed, quæ conciliata erant & in pace perturbare videtur. Etiam conſideraui nomina illa dignitatis, quibus videmini celſitudinem huius ſcientiæ cõmendare. Nam dicitur altiſsima, inſcrutabilis, eminentiſsima. Sed quid prodeſt eam ſic extollere? Videtur enim inhoneſtiùs præcipitari, dum adeo exaltata dependens à noſtro arbitrio coſtituitur. Vos arguitis vosipſos: veritas à veſtra lingua verba extorquet, dum dicitis, quòd requiritur præter comprehenſionem arbitrij noſtri, quòd emineat Deus arbitrio noſtro, quòd ipſum longo ſuperet interuallo quòd inæquales ſint. Nam quando aſſeritis, quòd debet eminere Deus, & eſſe inæqualis ob exceſſum, non hoc intelligitur quatenus in ſola ſcientia emineat; nam etiam eminẽt Angeli hominibus. Immo hoc aſſerere eſt idem per idem proponere. Siquidem eſt affimare quod comprehendit altiſsimè, quia cognoſcit altiſsimè. Debet igitur eminere poteſtate, virtute & efficacia, quatenus ſibi ſubordinat quomodo vult, quando vult, & ad quæ vult noſtrum arbitrium. Certè inæqualitas per defectum ſpecies ſeruitutis eſt, vt habet Diuus Thomas 3, p. q. 20. ar. 1. non ergo ita libera eſt noſtra libertas, vt non ſit ſerua Dei, immo hoc magna libertas eſt.

Non bene cõciliat cũ poteſtate Dei noſtrã libertatem ſcientia media.

Deus non tãtum eminet ſcientia, ſed poteſtate.

D. Thomas.

Veniamus iam ad alios modos loquendi, quos iſti ſcientiæ mediæ inuentores in ſua mente explicanda vſurpant. Non enim res tantùm, ſed & loquendi modus, verborumq; ſonus minus ſuauiter in meas influit aures. Aſſerunt igitur hallucinandos fore in concilianda libertate noſtra cum præſcientia Dei omnes, qui hanc mediam ſcientiam non admittunt, & periculoſè locuturos. Laudo zelum vnitatis & pacis: zelus tamen videtur mihi non ſecundum ſcientiam integram, ſed ſecundum ſcientiam mediam. Approbo affectum

Digitized by Google

dum erga pacem, dura tamen pax est, vt pote, quæ negans efficaciam auxilij diuini, cor obdurare videtur: & durum quòd hucusque expectauerit Ecclesia hanc scientiam mediam tanquam medium ad componendas cum diuina scientia libertates nostras. Non igitur secure, sed periculosè locuti fuissent Augustinus, Thomas, & alij sacri Doctores hac scientia media nec visa nec nominata ab illis, immò neque ad confutandum introducta.

Subiungit preterea Auctor scientiæ mediæ in hunc modum: neque in potestate Dei fuit aliud scire quàm sciuerit per hanc scientiã, estò potuerit scire oppositũ. Notate obsecrò istas potentias, & impotẽtias. Ergo potuit scire aliquid, quòd scire nõ fuit in sua potestate. Quẽ expectabat Doctorẽ? Ab arbitrio nostro erat instruendus Deus? Nũquid Deũ docebit quispiã scientiã? Aduertas aduertas, quod admittis Deum aliquid cognoscere in potentia, seu in habitu tantũ: ac proinde dabitur in Deo habitus, & sub hac ratione non erit idem in Deo intelligere, & esse: intelligere & potentia intelligendi: intelligere & substantia. Imo non habitum (nã habitibus vtimur, cum volumus) sed ignorantiã in Deo constituis. Non inquã erit in æternis idem esse, & posse, etiã in ijs, quæ non sunt sub Dei libertate, sed potius eã præueniũt. Vel dices, mutabilẽ fuisse Deũ etiã in suo esse & substantia. Si nõ fuit in eius potestate aliud scire: ergo nõ potuit scire. Nisi dicas, hanc potentiã Dei illam aliã superare: nisi dicas, quòd si non in potestate Dei, erat tamẽ in potestate creaturæ facere vt Deus aliud sciret, quasi, omnis potestas, & omnis actualitas ab omnipotẽte, & omnisciẽte Deo non deriuaretur. Si hæc potentia, qua potuit scire oppositũ, actu tamen sciuit hoc, non à se ipso reuocat ad actũ, sed nostrum expectat arbitrium: ergo à nobis reuocatur de potentia ad actum Deus. Certè si non appellares potentiam, sed impotẽtiã, magis propriè, tamen nõ ita verecunde loquerere. Rursus *Iob. 21.*

sus si nunquam hæc potentia reuocanda ad actum, frustra erit secundū vestram opinionē, qui potentiā arbitrij sufficientis ex eo inanem appellatis. Itaque si dicitis, quòd etsi de facto non fuerit reuocanda, tamen in sensu diuiso non repugnabat reuocari iam istum sensum diuisum, & cōpositū recipitis. Cū hac necessitate, qua ita scitur hoc in sensu cōposito, & noscitur arbitriū declinaturū ad hac partē determinatè, ita vt non sit in potestate Dei scire oppositū, quomodo conciliabis libertatem? Nam apud vos noster sensus cōpositus etiam eam offendit. Dicetis quòd vsurpatis sensum compositum quatenus implicat, seu inuoluit consensum, & nōn tantum in ijs, quæ antecedenter se habent: ita nihilominus insisto, & perseuero: fit vtique consequens, quòd non iam ex vi comprehensionis arbitrij noscatur in tali ordine futurus consensus, sed quia cōsensus ipse in actu implicatur. Quid ergo dicitis? Quo titulo fit cōsensus iste præsens scientiæ Dei? Non in causa, nam in ea vtraque pars contradictionis possibilis est: nec vultis esse præsentem in decreto diuino: non in se ipso tanquam in mensura, talique per essentiā, seu primario obiecto: non in Dei essentia tanquam in obiecto, cui subordinetur, non in præsentia æternitatis: non in tali ordine, seu in illis, quibus efficaciter præueniatur infallibiliter: hæc quippe non admittitis: ergo in se ipso illum nouit tanquam si esset ens per essentiam nulli subordinatam, à nullo dependens, à nullo determinatum præterquam à seipso; eritque subsistens consensus cuius oppositum, vt cōstitutissimum in obiectione suppono. Hoc est astruere, & non potius destruere libertatem? Hoc est libertatem cum Deo conciliare? Immo nostram libertatem à Dei dominio præripere & subducere videris. Iam considerabas terminū illū, ideo, quādo dicebas, quin potius ideo Deū id præscire, quia ita futurū esset? Indulge sodes, indulge: si fortè cōtigerit modestię fines præterire: vrget enim orationis vis. Nōne

vides

vides, quod Dei mensuram facias nostrum arbitrium? Possi bile ne est dari futuritionem absolutam, vel quã dicis tu cõditionatã, dari futurã præsentiã, cuius ratio, distinctio, & conditio, non refundatur in diuinã voluntatẽ vel volentem vel permittentẽ? Quis poterit fugere Deum? Quis ab eius oculis se subducere? Procul dubio fatebere tu, quòd potuit ab oculis diuini intellectus arbitriũ nostrum subducere ali quid: ac proinde non benè dixisset Rex vates: quò à facie tua fugiam? Certè si aliquid potuit scire Deus, quod non scit, non comprehendit ens in quantũ ens, fieriq; poterit ad ditio suæ etiam non liberæ scientiæ, iámque arbitriũ nostrũ in sinu suo aliquid absco ndit, & continet, quod Deus non scit. Quis obsecro manifestauit Deo hanc partem, & obscõdit a liam? Possum assumere verba Isa. cap. 40. & tibi obijcere & obstare. Quare dicis Iacob, & loqueris Israel, abscondita est via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum transiuit?

Scientia media arbitriũ facit Dei mensuram.

Asserebat Augustinus lib. 10. de Ciui. Dei cap. 15. quòd ex eo nos non generamus, scientiã nostrã, sed aliunde, nimirũ ex rebus eam haurimus quia nostra à nobis non est: Deus autem suam generat scientiã, & sapientiam, nec eam haurit à rebus, nec ab eis pendet. Non considerabit Augustinum iste neotericus, quando dixit: ideo Deum scire &c. vidisset Vtique illum lib. 15. de Trinitate in hunc modũ asserentem: vniuersas autem creaturas suas, & spirituales, & corporales non quia sunt, ideo nouit, sed ideo sunt, quia nouit: nec aliter sciuit creata, quam creanda: non enim eius scientiæ aliquid accessit ex eis, sed ipsis existentibus quando & vt oportebat, ipsa mansit vt erat: iuxta illud Ecclesiastici Vigesimo Tertio. Antequam crearentur omnia nota sunt illi: sic est postquam consumata sunt. Obserua obsecro obserua terminum illum, sic, designat enim & notat quòd non aliter consummata scit & cognoscit Deus Opti. Max.

Ex Augus. impugnatur scientia media.

Nos non generamus scientiam nostram.

Eccle. 23.

quàm creanda. Hæc Augustinus. Iã, hæc verba, omnia nota sunt ei, quadrant ne cum his, aliquid potuit scire, quod nõ scit? Notasti quomodo duæ tantùm obseruentur scientiæ in Deo: altera, qua nouit creanda seu possibilia, & altera, qua nouit consummata? Nam in hoc loco consummata dicuntur omnia, quæ decreuit de facto futura.

August. Ibidem in hunc modum habet Augustinus. Pater ea ipsa quæ scit, aliunde ab aliquo discit, aut nuncijs, aut testibus, vt ea sciret indiguit? Non vtique. Ad omnia quippe scienda, quæ scit, sufficit sibi illa perfectio summi intellectiui. Nõ ergo indiget intellectus diuinus vt sciat, nostræ libertatis *Ioan. 16.* consultatione & sententia. Habes etiam Ioannis 16. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi, vt quis te interroget. Si ergo nec interrogante indiget, vt sua scientia quasi excitetur, neque instruente, vel docente indigebit.

Augusti. Idem Augustinus lib. 11. de ciuit. Dei. c. 10. ita habet. Deus nõ aliquid nesciens fecit: iste mundus nõ esset notus, nisi esset: Deo autẽ nisi esset notus, nec posset esse, nec esset. Videas igitur, quomodo non tantũ sint, quia Deus scit, sed etiam ideo possint esse: quia Deus scit. Et rogo: an cum affirmas, quod pendeat hæc media scientia, & quod ideo nouit, quia futurum, etiam dicas, quod ideo sit conditionate concursurus & concausaturus Deus, quia arbitrium creatum determinatum est in se: vel potius è conuerso dicas, nempe quod in sui determinata actione & applicatione Deo subordinetur, saltem vt permittenti. Si das primum, Deum nobis subordinas & in causando, & in sciendo: si secundum: in aliquo signo intelligemus Deum concurrere determinate ad id, quod determinate non scit, ac proinde non cau-

Collect. 1. Domini. 3. post. octa. Epiph. cõtra scientiã mediam. sabit per suam scientiam: nec suum causare erit suum intelligere, & velle.

Sancta Ecclesia Domini. 3. post octa. Epipha. ita orat. Deus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana

scis

ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutem &c. Si ergo infallibiliter & certo non ſubſiſtentiam ſeu reſiſtentiam nouit in humana, qua præuenimur, fragilitate, quare non cognoſcet ſubſiſtentiam & conſenſum in ſua protectione & auxilio præueniente? Eſt ne fortior humana fragilitas, quam manus Domini? Abſit. Et certe non nouit nō ſubſiſtentiam in vniuerſali confuſa cognitione: hic quippe cognoſceddi modus Deo non quadrat, ſed diſtinctè hic & nunc, & hanc non ſubſiſtentiam in indiuiduo. Theos enim, quod apud Grecos idem ſonat, quod apud Latinos Deus, dicitur à verbo Theaſte, quod ſignificat videre ſeu conſiderare. Quod ergo ipſa nominis impoſitio detegit, noli obſcurare. Theos dicitur Deus, oculus, videns, cōſiderans, caue ergo ne dicas quod à tuo arbitrio diuini oculi aperiantur, alioqui mendicaſſet à te quod ſit Deus vel Theos. Vlterius vel noſcitur futurus conſenſus in tali ordine rerum per illam ſcientiam mediam, vt in antecedente, vel vt in conſequente, vel vt in concomitante. Si primum das: ergo præuenientia ſaltim neceſsitate conſequentiæ inferunt tuum conſenſum: non enim Dei ſcientia eſt incerta. Si negas ergo tuus conſequens, ſeu futurus conſenſus eſt conſequens ſine antecedente, & ita talis per eſſentiam, & nō futurus, ſed in ſua æternitate præſens. Porro ſi in illis noſcitur vt in conſequente antecedit diuinam diſpoſitionem tuus conſenſus, & ſibi eam ſubſternit, irritat, vitat que ineuitabile diuinæ diſpoſitionis fatum, totam que Dei prouidentiam pediſſequam facis tui conſenſus. Si dicas quod cognoſcitur in tali ordine rerum, & alijs præuenientibus, quæ ſe tenent ex parte Dei vel permittentis, vel ſpecialiter mouentis, & in his, quæ ſe tenent ex parte tui tanquam in duabus cauſis, ſeu rationibus partialibus, quæ ſe concomitantur, vel hoc intelligitur quatenus ſocia tali diſpoſitione ex parte Dei, debeat infallibiliter adeſſe conſenſus: vel nullo

Theos, ideſt videns ſeu conſiderās.

Pulcherrimus diſcurſus contra ſcientibm mediam.

necessitatis genere sequitur infallibiliter, vtpote materialiter se habentibus ordine rerum, & alijs præuenientibus, quatenus totius certitudinis fons sit libertas tua, & ita te ipsum facis Deum, & etiam non aptè hunc potius quàm alium ordinem, & dispositionem subijcis in explicatione huius scientiæ mediæ pro discernendo consensu. Dices quod Deus, diuinaque dispositio, & libertas nostra se habent vt duæ causæ partiales simul concurrentes & ad inuicem dependentes. Sed contra ita vrgeo, fit enim consequens quod ex Deo & nostra libertate vnus integer Deus, vnumque primum omnipotens mouens consurgeret. Sed age demus, quod omnino reijcio, videlicet Deum modo præfato in comprehensione arbitrii noscere futurum cõsensum. Rogo: quis dedit tibi hanc libertatem quam etiam in Deitate videris sociam facere Deo? Nonne Deus? Ita. Habes ergo à Deo quod possis in tali ordine consentire. Iam quando Deus nouit se posse dare hanc libertatem, quæ in tali ordine rerum faciat hoc: dum inquam, nouit suam potentiam, participabilemque essentiam comprehendit, est ne ignarus in illo tunc huius consensus, ac proinde sibi creet magistrum à quo erudiatur, spectet que, vt exeat ab ipsa diuina essentia, ipso Deo nescente, aut vt quasi egressus consideretur, vt ita ab ipso captet scientiam, ignoret quæ id, quod creat, priusque fieri, quam sciri à Deo intelligatur? Absit: non enim exit Deus à se alioqui saltem quo ad hoc consensus noster, nostraque libertas vt perfectissimè comprehensibilis non erit obiectum secundarium diuinæ scientiæ, nec subordinabitur diuinæ essentiæ vt cognoscibili per essentiam, & per consequens consensus illam intelligibilitatem non habebit per participationem. Præterea, vel consensus, qui in tali ordine rerum apparet cũposset apparere oppositũ, apparet sine ratione purè casualiter, & fortuito, vel huius discre-

discretionis potest aliqua ratio adhiberi. Primum non est est dicendum, quia libertas facultas rationalis est, corrueretque tota ratio meriti, & demeriti: ergo est exhibere rationem, & causam, primamque huius discretionis mensuram. Si dicas hanc rationem esse dispositionem diuinam, habeo intentum. Si dicas esse rationem, tuam propriam dispositionem, & hanc cognoscit Deus. Restat igitur vt miserè fatearis quòd nullam, habet rationem distinctam à se consensus ipse, sed suæ discretionis sibi met sit ratio: quod planè nulla ratione possum intelligere. Sed age: nonne quantumuis daretur iste cognoscendi modus (quem omnino reijcio) coincideret cum scientia simplicis intelligentiæ? Nonne quamuis naturalius sit Deo se cognoscere, quàm effectus possibiles, cadit vtrumque sub vna & eadem scientia simplicis intelligentiæ? Cur, cum intra latitudinem scientiæ visionis ad quæ simpliciter sunt futura, & ad quæ non, nisi facta hypothesi alterius effectus, vna sola visio est satis, non sufficiet vna simplex intelligentia pro omnibus quæ ante omnem actum liberum diuinæ voluntatis dicuntur cognosci? Certe quantum est ex parte Dei, ista tua scientia, si daretur, naturalissima ei esset, vtpote ab eo non variabilis, nec mutabilis, esto ab arbitrio (vt tu ais) humano variari posset. Sed iã relictis istis hypothesibus reuertamur ad confutandum absolutè scientiam mediam. Nam etiam eam disputando supponere non placet.

Quomodo igitur Anna vxor Elcanæ Primi Regum Secundo cantat: Quia Deum scientiarum Dominus est? Qui enim mendicat potius seruus quam Dominus est. Quomodo Esther hoc idem fatetur capite Decimo Quarto dicens? Domine, qui habes omnium scientiam, si mendicam habet cognitionem? Si in aliquo signo intelligitur plus potens quam sciens? Quomodo habet omnium scientiam si aliquid scire potuit, quod nõ scit, neque cognoscit? Certe, qua

1. Regũ. 2.

Esther c. 14.

te, qua ratione ludentes pueri, quando ad auguria ludunt, ſe inuicem eludunt, dum manu compræſſa aliquid abſcondunt: ſeu ad ſortes ludentes, & lapillum in altera manu abſcondentes, vtramque deinde clauſam proferunt, vt deſignet, & conijciat alter, in qua manu eſt lapillus: ita noſtra libertas poſſet quidem eludere, ac decipere Deum. Imo eluderemur ab ipſo dicente dilata os tuum, & implebo illud, Si enim mendicus eſt, efficaciterque non potens, os deſiderantis conuerſionem implere nequit: ac proinde fraudaremur à deſiderio, & eluderemur à Deo, qui, dum promittit implere os, vacuos dimitteret, & inanes. Dimittit certe diuites, de ſuo arbitrio præſumentes, inanes; at eſurientes impleuit bonis. Non igitur indiget Deus aliqua præſentia abſoluta creaturarum ſecundum proprium eſſe, vt videat. ſeu conditionata, vt cognoſcat determinatè, aut ſaltem permittat, vel vt talia determinare potentem ſe agnoſcat. Nõ ſcit, quia præſentes, ſed prę ſentes ſunt quouis præſentialitatis genere, quia ſcit. Rogo, æternitas facit ne præſentes ſolo titulo durationis, an etiam cauſalitatis, ſeu permiſsionis? An etiam ſcientiæ effectiuæ, aut permiſsiuæ? Scio quòd negas primũ: ergo nouit determinatè in infallibili antecedenti prędeterminationevel permiſsione liberũ effectũ. D. Thomas itaque non negat cognoſci in ſuo decreto à Deo determinatè futurum conſenſum noſtrum. Non vtique priùs per æternitatem fit præſens, quàm decernat Deus, quinimmo è conuerſo (ſaltim ratione) ſed negat quòd naſcatur determinatè ex vi compræhenſionis inſcrutabilis qua comprę hendit arbitrium noſtrum prę ſciſè. Nam indifferens, vt ſic, non determinat, quòd ſi determinet, nec liberum, nec indifferens eſt. Negat etiam Diuus Thomas quòd in aliquibus ptæuijs videatur determinatus determinatione quæ inducat aliud, quàm infallibilitatem.

Sicut rerum ſpecificatio & forma ab ideis pendet vt à

prima

prima mensura, & non aliter sunt, nec possunt esse, quàm sunt Ideæ: ita rerum exercitium determinatum, videlicet quod hic & nunc hoc sit, non illud: hoc fiat hic & nunc, non autem illud: habet pro mensura volente, seu permittente decretum Dei, & omnis futuritio, & determinatio quò ad exercitium in tale decretum siue faciens mouendo, siue permittendo refundendum est, sicut specificatio in Ideas. Vt enim est fons specificationis, ita & exercitij, seu determinationis quò ad existentiam: imò de hoc vltimo nullus dubitauit Metaphysicus. Est quippe existentia, seu exercitium omninò participatum quid in nobis; essentiam autem, etsi habeamus participatam, tamen per essentiam habetur, quatenus ex natura extremorum dato quòd essemus, per se erat ita esse. Hinc sicut hæc est necessaria, homo est animal, non ita hæc, homo existit hic, & nunc. Deus igitur à nullo pendet, à nullo mensuratur, sed omnia ab illo permittente, vel approbante.

Rerum specificatio ab ideis: futuritio à voluntate Dei desumitur.

Addit præterea iste Theologus scientiam Dei mediam à nostro arbitrio pendere. Sed rogo, non ne id, à quo aliquid pendet non modo æquare, sed etiam eminere debet pendenti? Notate terminum pendere. Certè vbi hoc audiui, illico intuli: ergo hæc scientia non est Dei, nec Deus. Deus quippe no alio dependet. Notate inquam terminum, pendere. Non igitur Deus nobis pendens tantum est à Cruce verum etiam ab arbitrio nostro, & hoc vltimum non communicatione idiomatum, sed ratione sui. Sed quomodo scientia Dei est eius omnipotentia, si alteri innititur? Quomodo omniscientia, si aliquid scire potuit, quod non sciuit, etiam ante omne liberum decretum? Diuus Thomas 3. parte quæst. 25. art. 4. in argumento sed contra latria adorat crucem, quia ei innititur spes salutis nostræ: si igitur efficacia vsus nostri arbitrij esset consulenda non tantum vt fructus auxilij diuini, efficacisque sperandi virtutis, sed vt

Nota hæc.

D. Thomas.

F virtus

BIBLIOTECA VAZ. FOMA

virtus ipsa, oporteret etiam illi diuinos honores impendere, nostrę́sque libertati latriam præparare. Non ergo consulitur, sed vt fructus consultationis requiritur consensus
D. Thomas. noster, videas D. Thomam in Dispu. de scien. Dei art. 5. ad 16. Ibi enim docet, quo modo non pendeat scientia Dei. Et certe, si penderet, relationem realem diceret ad nostrum consensum: nam à dependentia quę est relatio rationis Deus non dicitur absolute dependens: quinimo stat hanc habere dependentiam & esse mensuram rei à qua est dependentia ista rationis. Hinc nos, dū Dei scientiā mensuram facimus, modo Thomistico, reiectaque scientia media, hanc rationis dependentiam damus.

Prædestinationis certitudo absoluta est, non conditionata: Nam etsi ordo diuinæ prædestinationis sit cum suppositione voluntatis humanæ: absolutam nihilominus habet certitudinem: consensus quippe arbitrij nostri, qui supponendus est ad inducendum prædestinationis effectum, etiā ordini prædestinationis subiacet vt fructus gratiæ Dei. Hæc D. Thomas in disputatis quæst. de prædestinatione art 3, per totum, & in solutionibus argumentorum, maximè ad quartum.
D. Thomas.

Qui ab alio pendet, eo indiget, ei subordinatur, eum spectat: pendebat igitur Triadis diuinum concilū in sua ęternitate, nec quicquam poterat diffinire nisi vocato & consulto arbitrio nostro: non vt gubernando, prouidēdo, vel prędestinādo, sed vt simul gubernatore & prædestinatore. Patrum dico: imo vt diffinitore, in quem vltimo deuolueretur resolutio. Aderat itaque Deus vt consultor: nostrum verò arbitrium vt diffinitor: ac proinde non de sola sapiētia ęterna diceretur, quod aderat cū eo cuncta cōponens; sed etiā de nostra libertate. Hinc si spē habemus aliquā de bono, cōsensu arbitrij consequendo: esto sit Deus clare visus, non poterit Auster Spiritus Sancti spei Theologice vela aflando imple-

Rationibus multis & authoritatibus impugnatur scientia media.

implere, ſpemq; ſatiare. Non, inquam, talis ſpes, quamuis virtus theologa innitetur efficaciter & immediate auxilio diuino efficaci: ſed neque mediate, ſed noſtro: ac proinde tam fidei, quam ſpei conſenſus in vſum arbitrii deuoluere-tur. Igitur, quando de futuris conditionatis, vel ſub commi natione aliquid Sancti prophetant, non fit vltima veritatis reſolutio in Deum, tanquam in menſuram primam & rationem illius veritatis, ſed in noſtram libertatem, quæ prius ſuum conſenſum reuelat, & explicat. Igitur ſancti non tàm Dei, quàm noſtræ libertatis dicuntur nuntij & prophetæ. Igitur, ſi fiat ſermo de vltima & prima ratione, & menſura veritatis propheticæ, & multarum fidei, non eſt veritas certa & infallibilis: niſi dicas mutabile conſilium humanum noſtramque libertatē regulas eſſe infallibiles. Igitur Deus non tàm autor prophetiæ, quàm propheta ipſe & nuntius noſtrę libertatis dicendus eſt. Non enunciat, quę decreuit, ſed quæ à noſtro arbitrio decreta hauſit: non ſua ſed noſtra reuelat conſilia. Iam, ſi ita, cur clamat, Iſa. cap. 40. ſcientiam & ſapientiā Dei admirans, quis adiuuit ſpiritum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtendet illi? Et rurſus. Cū quo inijt concilium, & inſtruxit eum? Cur, inquam, clamat etiam Rex Propheta, mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me confortata eſt & non potero ad eam? Cur: quo à facie tua fugiam? Nonne poteſt ad eam, cum potuerit deliberare aliquid ſcire Deum, quod non ſciuit? Non ne, ſi aliqua potuit ſcire, quæ non ſcit, poſt habito ſuo diuino arbitrio, aliqua fugiunt faciem eius? Non ne, ſi niſi conſulta noſtra libertate, non poſſet hoc noſcere, & decernere, ſibi eam adhiberet conſiliatricem? Et certè ſi ſumme prudens eſt conſilijs aut conſultoribus non indiget. Cognouit ergo, ait Eccleſiaſticus capite Quadrageſimo Secundo Dominus omnem ſcientiam, inſpexit inſignum Æui anuncians quæ prætereunt, & quæ ſuperuentura

Scientia media ſpem nō admodū vi detur aſtruere.

Scientia media luminis prophętici, & fidei vi detur certi tudinem euacuare.

Iſa. 40.

Pſal. 138.

Eccleſ. c. 42

uentura ſunt, reuelans veſtigia occultorum. Non præterit illum omnis cogitatus, & non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo. Magnalia ſapientiæ ſuæ decorauit, qui eſt ante ſecula, & vſque in ſeculum, neque adiectum eſt, neque minuitur, & non eget alicuius conſilio. Quam deſiderabilia omnia opera eius, & tanquam ſcintilla, quæ eſt conſiderare. Omnia hæc viuunt, & manent in ſeculum, & in omni neceſsitate omnia obediunt ei (& nota terminum omnia vt non excludas libertatem) ita Eccleſiaſticus.

Pulchra Diui Thomæ auctoritas, contra ſcientiam mediam, & pro efficacia diuini auxilij.

D. Thomas. VIdeas pro confutanda ſcientia media, & probanda diuinorum auxiliorum efficabia D. Thomam in Diſputatis quæſt. 6. de Prædeſti. ar. 3 in c. vbi mirifice explicat prædeſtinationem, non tantum quo ad ſcientiam, ſed quoad ordinationem, & præparationem arbitrij in ſingulari eſſe infallibiliter certiſsimam: nempe quatenus tot ſuffragijs, & adminiculis libertatem electi Deus præuenit, vt vel non cadat: vel ſi cadit, reſurgat. Noſcit & obſeruat Angelicus Doctor hoc loco difficilimum eſſe concordare infallibilitatem prędeſtinationis cum libertate arbitrij (ſed tamen non quia difficile incredibile) Non enim (ait) poteſt dici, quod prædeſtinatio ſupra certitudinem prouidētiæ nil aliud addit, niſi certitudinē prędeſcientię: ita enim nō diceretur prædeſtinatus differre à nō prędeſtinato ex parte ordinis, ſed

sed tantum ex parte præscientiæ euentus, & sic præscientia esset causa prædestinationis: nec prædestinatio esset per electionem prædestinantis, quod est contra auctoritatem scripturæ, & dicta sanctorum. Vnde preter certitudinem præsentiæ ipse ordo prædestinationis habet in fallibilẽ certitudinem, nec tamen causa proxima salutis ordinatur ad eam necessario, sed contingenter, scilicet liberum arbitriũ. Quod hoc modo potest considerari. Inuenimus enim ordinem cõposibilem esse respectu alicuius dupliciter. Vno modo, in quantum vna causa singularis producit effectum suum ex ordine diuinæ prouidentiæ. Alio modo, quando ex concursu causarum multarum contingentium, & deficere posibilium, peruenitur ad vnum effectum: quarum vnamquamque Deus ordinat ad consecutionem effectus loco eius, quæ deficit, vel ne altera deficiat: & hoc modo est in prædestinatione. Liberum enim arbitrium deficere potest à salute, tamen in eo, quem Deus prædestinat, tot alia adminicula præparat, quod vel non cadat: vel si cadat, quod resurgat: sicut exhortationes, & suffragia orationum, donũ gratiæ, & alia huius modi, quibus Deus adminiculatur homini ad salutem. Si ergo consideremus salutem respectu causæ proximæ, scilicet liberi arbitrij, non habet certitudinem, sed contingentiam: respectu autem causæ primæ, quæ est prędestinatio habet certitudinem. Hæc D. Thomas & confundor, si aliquid addo his. Quis enim non considerat, quam acute obseruauit hic Angelus Theologię difficilimũ esse concordare cum libertate, infallibilitatem, prædestinationis, suppositio quod cum scriptura & sanctis, non præscito bono vsui libertatis, sed efficaciæ præparantis auxilij certitudo est attribuenda? Si enim consulto per scientiam mediam vsu arbitrij, hunc potius quam alium eligit, absque difficultate, omnia conciliarentur: hec tamen conciliatio & pax, ait D. Thomas contra scripturam & sanctos est. Non enim S. Thomas.

enim (ait) prædeſtinatus differret à non prædeſtinato ex parte præparãtis auxilij: ſed ex parte præſcientiæ euentus: ſtante alioqui æquali auxilio, imo ſtante maiori in reprobo, & minori in electo, hic obpræſcientiam boni vſus prædeſtinaretur, & ita prædeſtinatio D. Petri & reprobatio Iudæ ſolum à diuino decreto penderent quoadexercitium, & non quoad ſpecificationem. Nam, ſi in quouis ordine, rerũ fuit Iudas præſcitus repugnaturus, imprædeſtinabilis erat: imo, etſi in aliquo præuideretur conſenſurus ex vſu arbitrij & non ex decreto Dei, prædeſtinatio in illo ordine, quoad exercitium penderet à Dei voluntate & non quoad ſpecificationem. Nec enim prædeſtinabilis diceretur per poſsibile efficax auxilium voluntatis diuinæ, ſed ex vſu arbitrij. Si eligibilis & amabilis erat iſte ex vſu ſui arbitrij: ergo quoad ſpecificationem neceſsitatur voluntas Dei à bonitate creata. Hoc autem, ait D. Thomas ſcripturę & ſanctis aduerſatur: ſequeretur quippe, vt his, qui quantum eſt ex parte ordinantis Dei per auxilia, minus ordinaretur ad gloriam eſſet electus & prædeſtinatus (& certæ potius dicendus foret præſcitus per ſcientiam mediam) ille autem qui amplioribus auxilijs ordinaretur à Deo, eſſet reprobatus. Si ergo in præſcientiam mediam reuocas certitudinem, non dicantur electi, ſed præſciti: & eſſent planè præſciti, ſi efficax ordinatio Dei nõ adeſſet. Et certe ſi præſcientia diſtinguit, non video cur Theologi electos non vocent præſcitos: vocent autem reprobos hoc nomine. Difficultatem ergo conciliandi cum efficacia auxilij libertatem explicat, & euacuat ſanctus Thomas, hanc expediens & auxilij Dei efficaciam probans, non cum detrimento ſcripturæ & auctoritatis Sanctorum, ſed per ſcripturam, & Sanctos, qui omnes ad diuinam omnipotentiam ſe recipiunt, & cum Gabriele fatentur, quod non erit impoſsibile apud Deum omne verbum.

Luc. 1.

Funda-

Fundamenta proponuntur contra ſcientiam mediam.

VT controuerſiam cõponamus (dirimamus in quã, nam etſi media dicatur iſta ſcientia, extemum eſt eum D. Thomæ doctrina irreconciliabile) obſerua primo duplicem illam neceſsitatem, coactionis vi delicet, ſeu non liberam, & infallibilitatis: nam iuxta eam indeterminatio, ſeu indifferentia erit duplex: vna oppoſita neceſsitati coactionis, ſeu neceſsitati præpedienti libertatem: & altera, quæ apponitur neceſsitati infallibilitatis. Be ne cohærent duo hæc, ſcilicet liberum arbitrium eſſe indeterminatum, & indifferens indifferentia oppoſita primæ neceſsitati, & eſſe prædeterminatum determinatione, ſeu neceſsitate infallibilitatis, quæ ſecundæ indeterminationi opponitur, non autem libertati. Itaque quamuis Deus, nec ab exteriori, nec à ſe ipſo determinetur efficaciter per aliqua præuia, ſed ſit vtroque modo indifferens, & ſe per ſe ipſum primo, omnimodeque determinans: at arbitrium creatum, quia creatum circumueniri poteſt, & prædeterminari infallibilitatis neceſsitate: nam Deo ſubordinatur, & non eſt tale per eſſentiam. Dei autem arbitrium non niſi ſibi ipſi primò ſubordinatur, & ita ſolum libertas diuina poteſt ſe ipſam omnimode determinare.

Duplex neceſsitas explicatur, & duplex indifferentia.

Secundò animaduertendum eſt, quòd cognoſcere in tali ordine rerum eſſe poſsibiliter futuram vnam partem in in ſenſu compoſito, ita vt alia in eodem ſenſu in illo ordine ſit impoſsibilis impoſsibilitate infallibilitatis; ſit autem ſimpliciter in ſenſu diuiſo poſsibilis, nõ opponuntur, quinimò ſimul cognoſcuntur. At cognoſcere vnã partẽ poſsibilem in tali ordine in ſenſu compoſito, ſeu infallibiliter eueniendã:

Secũdo nota

non & in

In futuro poſsibili optime exercetur contradictio ſi vtraque propoſitio in ſe ſu diuiſo accipiatur, vel vtraq; in cõpoſitio

& in eodem ſenſu, ordine, & infallibilitate cognoſcere aliã poſsibilem ſeu futuram ſuo illo modo, opponatur. Inſuper vtraque pars contradictionis optimè exercet contradictionem vſurpata in ſenſu diuiſo, ſed neutra eſt determinatè vera. At in ſenſu compoſito, ſeu ex parte in fallibiliter determinantium efficaciter, ſiue pura conſequentia, ſiue etiam virtute, & diſputatione efficaci, altera eſt determinatè vera, & altera falſa, quamuis præciſè ex parte arbitrij ſolius, conſiderataque eius indifferentia, neutra ſit determinatè vera.

Tertio nata.

Tertio animaduerte maximè diſtingui duo hæc: videlicet cognoſcere determinatè quid ſit facturum arbitrium in in tali ordine, & talibus præuentum, ita vt hæc determinatio ſcientiæ ex illa inſcrutabili cognitione noſtræ libertatis naſcatur, & cognoſcere eundem cõſenſum determinatum in eo ordine ac decreto diuino à quo omnis ordo deriuatur. Hoc vtique ſecundum non implicare certiſsimum eſt. Hinc Exod. 3. Ego ſcio quod nõ dimittet niſi per manũ validam: non igitur conſuluit Deus, vt ſciret dimiſionem, arbitrium Pharaonis, ſed manum validam. Mox quando dicitur quòd cognoſcere determinatè alteram partem naſcitur ex altiſsima comprehenſione naturæ arbitrij noſtri, vel hęc determinatio reſoluitur in ipſam comprehenſionem inſcrutabilem, vel in obiectum cognitum: non dabit primum Molina: quia iam non ideo ſciret, quia eſſet futurus: ergo reſoluitur in ipſum obiectum. Hoc autem ex ſua natura indifferens eſt. Quid ergo? Proculdubio confugiet ad prædeterminantia infallibiliter.

Exod. 3.

Proponuntur noſtræ concluſiones.

Sit prima concluſio. Modus noſcendi futura poſsibilia non

non differt in Deo à simplici intelligentia. Probatur. Nã illa scientia dicitur naturalis, per quam ea cognoscuntur, quorũ oppositum nulla ratione Deus cognoscere potuit: sed per scientiam illã Deus ita cognosceret: ergo &c. Probatur minor: quia vt habes in obseruatione, ita cognosceret in tali ordine, ac sensu cõposito possibilem vnam partẽ, vt in eodẽ sensu esset impossibile nosse oppositam, estò in sensu diuiso vtraq; indifferenter possibilis cognoscatur. Hoc autẽ non est scire oppositũ: neq; enim opponuntur sub tali ratione. Nam oppositiò debet esse ad idẽ, & secundum idẽ &c. Rursus tales cõsensus, vt diximus in quodam præludio, nõ dicuntur futuri, sed intra ordinem purè possibilium remanent: ergo non distinguitur talis cognitiò à simplici intelligentia.

Scientia futuri possibilis, non est reuocanda ad scientiam visionis.

Hinc malè quidam reijciunt constitutionẽ huius mediæ scientiæ, quatenus eam reuocant ad scientiam visionis. Aliud enim est dicere, quòd Deus in tali casu si hoc fieret, hoc videret, & aliud, quòd videat. Qui videret, aut vidisset, non videt. Certè si hic Theologandi modus esset verus, omnia possibilia videret, solaq; daretur scientia visionis. Nam etiã nouit, quòd si ipse decerneret, aut se resolueret de creatione illorum, quòd tunc omnia futura essent. Videant, & obseruent quo modo D. Thomas diffiniat visionem, & non cõminiscantur, neque fingant istos videndi modos. Respectu nostri, qui non sumus æternæ per essentiam, & quibus nõ omnia sunt præsentia, sed quædam præterita, quædam futura, quædam præsentia, datur vidisse, & visurum esse: at Deus vel videt, vel non videt. Scientia visionis ab ipso, video, visurum patur, non ab ipso vidisset, vel videret, si hoc esset. Nam cũ his stat nũquam venire ad aliquam de præsenti, atque ita quòd semper sit hæc vera, Deus non videt. Certè, vt dixi, si cuncta possibilia Deus crearet, cuncta videret: at nõ videt, quia nec creauit, nec creat, nec creabit illa, sed simplici in-

Vnde dicatur scientia visionis.

 telligentia

teligentia nouit. Dicant ergo. quòd de illis, quę appellãt futura conditionata, quæ nunquã erunt, haberet Deus ſcientiam viſionis, ſi de facto futura eſſent cùm ſua cõditione, nõ autẽ dicat, quòd habet, habere enim per hypotheſim, niſi hypotheſis detur de facto, & actu habeatur, eſt nõ habere, alio qui multi eſſemus Cardinales & Pontifices, paucique pauperes. Recedat ergo iſta non videns viſio, vt commentitia & purum figmentum. Si dicerent quod hæc ſcientia diceretur ſcientia non equidem viſionis, ſed viditionis, aut ſciẽtia vidiſſet (vel ſi quoduis aliud nomen à verbo vidiſſet, vt ſic, vſurpari poteſt) falleretur diſtinguẽdo eam à ſimplici intelligentia: non autem etiam in ipſa Grammatica & modo loquendi. Nam hypotheſis nõ dat præſentialitatẽ hypotheticã, niſi futura hypotheſis ſit, poſsibilis namque hypotehſis poſsibilem infert rem: futura futuram. His igitur tribus cõcluditur id, quo res dicitur ſimpliciter & abſolute: talis nẽpe, fuit, quod notat præteritionẽ perfectam: eſt, quod præſentiam ſignificat: & erit, quod deſignat perfectam futuritionem. Iſti autem termini, fuiſſet, eſſet, fuerit &c. imperfectam dicunt futuritionem, vel præteritionem, & ita abſolutam veritatem non menſurant. Hinc D. Tho. 1.2. q. 6. ar. 6. ait: quæ metu fiunt, abſolutè voluntaria ſunt. Nam iſti termini noluiſſem, nollem, & huiuſmodi, non impediunt, quo minus ſit ſimpliciter voluntarium: exquo etiã infero, quod iſta conditionata futura imperfectè nempè: eſſet, fuiſſet &c. non ſunt impedimento, quo minus dicantur res ſimpliciter non futuræ: ſunt enim abſolutè, & poſsibiles, & non futuræ. Incidunt ergo in ſcyllam cupiẽtes vitare Carhybdin, qui, dum reffellunt ſcientiam mediam, aliam (licet non eodem modo) introducunt: nempe, quæ non ſit ſimplicis intelligentiæ, quę fertur in poſsibile nec viſionis, quę ex D. Thoma fertur in ea, quæ de facto futura ſunt, ſed libera ratione decreti conditionati: itaque non eſt admittendum

Irridetur viſio conditionata.

D. Tho.

iſtud

iſtud decretum conditionatum, vt pote in perfectiſsima libertate diuina otioſum, nec talis non videns viſio: ſed noſcuntur omnia ſimplici intelligentia, ſi non exeant limites rei poſsibilis, de facto non futuræ: & viſione, ſi de facto futura ſunt, & hæc eſt conſtans D. T. doctrina, vt habes initio Relectionis: nec inuenies apud D. Tho. quod diuidatur ſciētia Dei in naturalem, & liberam: & rurſus hæc in viſionē, & liberā à conditionato decreto. Quinimo D. T. ſemper vtitur iſtis nominibus: nempe ſcientia ſimplicis intelligentiæ, & viſionis, quibus arbitratur ſe adæquate complecti omnes modos ſcientiæ Dei.

Grāmatico rū præteritū, & futurum imperfectum.

Futurum ergo actu nō dicitur quod eſſet, ſed quod erit, ſicut nec dicitur præteritū quod fuiſſet, ſed quod fuit. Iam, ſi velles grāmaticari, quatenus hęc appellētur pręterita imperfecta, eſtò nūquā ferint, ſed fuiſſent: & futura poſsibilia, optime loqueris. Nā iſta imperfecta futuritio vel præteritio nō extrahit rem abipſo ſtatu purè poſsibiliū, cū poſsibilibus nunquā futuris quadrare poſsint, vt dixi, imo & impoſsibilibus. Hoc nihil aliud eſt, quā noſſe futuritionē non futurā, ſed in eſſe poſsibili. Dicant ergo quòd ſcientia ſimplicis intelligentiæ, quæ eſt poſsibiliū, reſpicit poſsibilia, & cum futuritiò antequā de facto decreta ſit: etiam ſit futuritio poſsibilis, reſpicit futuritionem poſsibilē. Aliud igitur eſt cognoſcere futura conditionata, & aliud videre. Nā, quādo noſcūtur ſub ratione poſsibilis futuritionis, nō videtur: niſi de facto cōditio futura ſit. Cognoſcūtur itaq; in præuijs infallibiliter determinatis poſsibiliter: non autem videntur.

Et obſerua quod vt res dicatur poſsibilis ſatis eſt potētia Dei, & non repugnantia extremorum: at, vt intelligatur ſub futuritione poſsibili: eſto non futura de facto, debet noſci Tempus: habet quippe futuritionem poſsibilem, & etiam poſsibile decretū Dei. Nam futuritio nō ingreditur ordinē poſsibiliū, niſi adſit decretum voluntatis diuinæ de

facto & actu, si de facto & actu futurum est: possibile, si de possibili. Si igitur diceretur, quod datur futurum non futurum: sed possibile, & futurum futurũ, melius loquerentur. At omnium non de facto futurorum est, non visio, sed simplex intelligentia: non exit futurum non futurum, sed possibile, finis rerum pure possibilium. Et animaduerte, quòd etsi Deus noscat in tali ordine rerum certò possibilem consensum alterum determinatum, ita vt in tali ordine, seu in sensu tali composito non sit aliter possibilis: estò absolutè sit: at non eodem modo sequitur hæc infallibilitas ex præcedentibus, & præuenientibus, ad malum, seu ad consensum bonum purè ordinis naturalis: & ex gratia Dei ab bonum ordinis diuini: nam efficacem habet gratia virtutem ad præ determinandum nos ad consensum, non coactione, sed infallibili necessitate: respectu autem mali habet se Deus, vt infallibiliter permittens, non autem mouens approbando, & perficiendo.

Obserua.

Deus non haurij cognitionem futuri consensus ex præuenientibus.

Sed tamen animaduerte, quòd quando dicitur quòd in tali ordine, & in talibus præuijs nouit consensum, nõ hoc intelligitur, quasi ex illis præuenientibus hauriat Deus cognitionẽ: nam sicut non haurit, nec pendet à nostro arbitrio cõ præhẽso: ita nec ab ordine rerũ. Nõ enim cognitio increata à creatura determinatur, nec determinationẽ haurit abilla. Nã quãdo dicitur, quod Deus nõ exit à se, vt cognoscat, nõ tantũ intelligitur, quatenus non requirat objectũ creatũ extra existens à quo hauriat, sed neq; à creaturis secundũ esse possibile representatum per essentiam diuinam, vt species est: bene autem, vt est idea, & ratio, seu actiua possibilitas, & volũtas. Cognoscit ergo determinationem effectuũ quo ad formam, seu rationem per ideas suas, seu rationes æternas: determinationem exercitij, videlicet quòd hoc, non illud fiat, tam loquendo de exercitio possibili, quàm futuro non haurit à sua diuina essentia, vt stat sub concep-

tu

tu rationis, seu ideæ: nam exercitij, seu futuritionis non est idea, sed bonum, & finis, qui voluntatem respicit. Quare hoc debet fieri, & non illud, voluntatem, & finem: quare hoc modo, vel ita rationem, & ideam petit, Et etiam quando visione nouit aliquem effectum, secundum propriam durationem: & intimam existentiam, non dicitur videre, quia ita est præsens: sed è conuerso. Est vtique illa præsentialitas rei creatæ, fructus dispositionis diuinæ, & vt fructus requiritur, non autem vt dans speciem, ac proinde Deus nullo modo exit à se in cognoscendis creaturis, sed creaturæ exeunt ex nihilo, & ex sola mutatione illarum Deo à se non exeunte, sed immobili permanente fiunt visioni præsentes, quoniam Deus ita statuit, vel permittit. Cognoscit igitur determinationem causarum naturalium, seu non liberarum, quatenus ipse est causa per essentiam, & fons omnium causalitatum, vel permittendo, vel disponendo, vel approbando etiam, & quatenus est primum principium omnis exercicij, seu applicationis. Et eadem ratione, quia est arbitrium per essentiam, à quo omnis modus determinationis liberæ, etiam inordinate permissiuè tamen: quia, inquam, est fons omnis modi libertatis, & causalitatis liberæ, & est primum decretum per essentiam, siue permittens, siue ordinans, & disponens: ex comprehensione, non nostri, sed sui arbitrij, & decreti nouit determinatè consensus omnes, & modos, ita vt huic cognitioni subiungatur ordo, & applicatio causarum secundarum, non autem supponatur. Sicut in essentia diuina, vt idea est cognoscuntur omnes modi, & formæ entitatis: ita in eadem, vt arbitrium, & decretum, & applicatio per essentiam, cognoscuntur omnes nostræ determinationes, & consensus: cur potius ad hoc, quàm ad illud, cur potius consensus, quàm dissensus. Hinc dicunt, & rectè, quod fons contingentiæ, & indifferentiæ, quæ inuenitur in creaturis est efficacia,

Futuritionis non est idea, sed voluntas.

Quomodo Deus omnia nouit in se.

Radix contingetię immutabilis Dei voluntas.

ficacia, & immutabilitas diuini decreti, & voluntatis, qua vult hæc necessario, illa liberè, quædam contingenter euenire. Et certè si non posset hæc velle, & noscere nisi consulta nostra libertate, non deuoluerentur hæc omnia in diuinam voluntatem mouentem, approbantem, vel permittentem, vt supremum exercitij principium. Est itaque exercitij ratio decretum, & finis seu bonitas: formalis autem rationis summa ratio est idea diuina: nam facere, exercitium, applicatio, est per communicationem, primaq; mensura, & ratio communicationis est prima bonitas volita: bonum namque est sui communicatiuum, & diffusiuum. Et animaduerte quòd formaliter modos possibiles exercitij causarum secundarum repræsentat vt species intelligibilis determinata per voluntatem, vel determinanda: nam vt arbitrium per essentiam, architectonicè continet. Sicut igitur Deus dicitur omnium naturarum natura naturans, seu actiua natura: ita dicitur suum decretum & exercitium omnium decretorum, & exercitiorum interea approbando, interea tãtùm permittendo decernens, exercens, diffiniens: nulla autem ratione diffinitum. Et planè nisi demus, Deum in suo decreto & arbitrio cognoscere ita omnia exercitia hic & nunc, & determinationes, non video quomodo possit esse supremus prouisor, ordinator, prædestinator, & distributor. Quomodo enim esset gubernator si non cognosceret? Si prudentiam & scientiam à gubernandis mẽdicaret? Deliberatio gubernatoris rei exercitium, & applicationẽ antecedit. Quomodo ergo ante hanc Dei deliberationem statuitur noster cõsensus? Nõ ergo deliberaret de faciẽdo, sed nostrę deliberationi pręueniẽti arrideret, vel subscriberet.

Sed & ampliùs nota, vt melius prefata intelligas, quod rẽ esse possibilẽ duo dicit, ac duo includuntur in ipsa possibilitate; nimirũ idea, ad cuius imitationẽ res dicitur cũ talimodo seu forma possibilis: & efficax potentia, quæ iuxta ideã

Acriem oculorum fige.

execu-

executionē mandet,& operationē exerceat.Ratione primi res dicuntur posſibiles poſsibilitate quo ad modū ſeu formā eſſendi:ratione verò ſecundi dicūtur poſsibiles quò ad exercitiū ſeu executionē,quę eſt futuritio poſsibilis.Ratione primi præſcisè nec poſsibilē futuritionē includunt:nam futuritio reſpicit eſſe,vel fieri,non autē formā vel modū ſub quo res ſit,hoc ſiquidē ab idea eſt.Aliud itaq; erit eſſe poſsibiliter futurū,& aliud eſſe futurū de facto ſiue cū conditione ſiue abſq; illa.Nam futurū notat,quòd de facto erit ſiue appoſita cōditione aut depēdentia ab alio effectu,ſiue nō. Futurū poſsibiliter nihil aliud eſt,quā purū poſsibile includens poſsibilitatē idealē, & voluntatē iuxta ideā poſsibiliter agentē.Futurū ergo,niſi addas poſsibiliter, ſemper ſtat pro eo,quod de facto erit,ſiue depēdēter ab aliqua cōditione, ſiue nō.Poſsibilis nāq; futuritio non dicitur ſimpliciter futuritio, ſed cū addito, ſcilicet poſsibilis:ſicut hic terminus,exiſtit,ſēper ſignificat actu exiſtere,ſi ſolus proferatur: ſi autē addas,exiſtit poſsibiliter,etiā ſignificat,quòd nō actu exiſtit:ita hic terminus,futurū,ſi ſolus proferatur, ſēper ſtat pro futuro de facto,ſiue conditionato,ſiue abſoluto, ſi autem adiungas hunc terminum,poſsibiliter,etiam poterit ſtare pro ijs,quæ de facto futura non ſunt. *Vnde poſſibilitas: vnde futuritio.*

Sequelę etiam illæ conditionatæ poſsibilis futuritionis ſecundo & tertio modo nō tàm dicuntur futuritiones,quā conſequentiæ,& illationes (eſto non ſint omninò purè illationes,nā iſtę etiā in rebus prorſus impoſsibilibus fieri poſſunt) videlicet ſi hoc eſſet,illud fieret. At quādo aliquid eſt futurū futurū,& nō tantū futurū poſsibiliter,ſiue ſit futurū futurū ſine cōditione,ſiue cū illa,non tantū dicit illas intellectuales,ſeu obiectiuas in intellectu cōſequētias,ſed phyſicū eſſe rei,futurū & ſubſecuturum de facto in tēporis certa differētia,ratione cuius eſſe futuri eſt obiectum viſionis:vt coexiſtit in æternitate.

Diſcri-

Discrimen inuenitur inter hæc: nã excepto futuro futuro (quodin re futurũ dicitur: alia quippe futuritio nil aliud est quam copleta posibilitas, idealis nempe est efficientis causæ) alia futura seu posibilia sine conditione, vel cum illa optime intelliguntur ante omne liberum decretum Dei actuale, estò requiratur posibile. Nam sine idea, sine intellectu & decreto libero, quæ sunt potentia agens secundum ideam, nulla res dicitur plenè posibiliter futura. At futurum futurum requirit actum liberum diuinum, qui iam sit actu & de facto.

Dico igitur, quòd ante omne actuale decretum liberum Deus simplici intelligentia nouerat omnes illas posibilitates seu posibiles futuritiones, & conditiones, sine conditione, & contingentias sine contingentia. Imo notis omnibus illis (loquendo more nostro) & collatis rerum ordinibus, obseruatis illationibus in hoc ordine & in his præuijs potius quam in illis, perfectissima & distinctissima prouidentia & prædestinatione decreuit, seu elegit, & permittere decreuit hæc potius quam alia.

Quomodo Deus in se noscat omnia.

Itaque cognitionem posibilem rerum, siue contingentium, siue non: siue liberarum, siue non, quo ad modum essendi haurit Deus à sua essentia diuina, vt stat sub conceptu ideæ, non autem ex posibilibus rebus, vsurpata posibilitate passiuè, estò eluceant in Deo quo ad hoc, considerato in ratione speciei intelligibilis: nam Deus non tantùm in se, sed à se res nouit, ac proinde à se nullo modo exit. Rursus, si de eisdem rebus loquamur, non quo ad modum, & formam essendi, sed quo ad ipsum esse posibiliter, quod dicitur à potentia actiua in exercitio, nouit Deus omnia libera etiam & quatenus vtraque pars est absolutè indifferenter posibilis spectata pura indifferentia arbitrij: & quatenus altera tantum infallibiliter est posibilis in his, vel illis præuijs, & hoc ob infinitam efficaciam, & determinatio-

minationem suæ voluntatis, qua potens est statuere omnia iuxta ideas suas, & eligere, quos voluerit ordines, & dispositiones rerum circa nostrum arbitrium. Rerum ergo euentus in hanc efficaciam, siue approbantem, siue permittentē resolui posse, quid prohibet? Omnes contingentiæ, omnes indifferentiæ, omnes deniq; determinationes, siue liberæ, siue necessariæ, ad hāc potius, quàm ad illam partē, in hanc efficaciam, decretum, determinationemque diuini arbitrij mouentis, seu permittentis resolui poterunt. At si omnia hæc sint de facto futura cum conditione, vel sine illa, requiritur non tantùm vt sit potens statuere, sed vt actu statuat. Hinc Deus inconsulta etiam arbitrij natura possibili possibilitate passiua, seu obiectiua pura, secundum quam creatura possibilis elucet in Deo, vt in specie intelligibili (quę species, in intellectiua est, vt sic, non autem operatiua, nec idea, ex quo hæc multiplicatur ratione in Deo, non autem illa nisi destruas simplicitatem diuini intelligere) intuendo suā ideam, & cognoscendo suam efficaciam in intellectu, & voluntate ad omnia quęcunque velle potest, & ad decernendos, disponendos, permittendos, etiam liberos effectus ad hanc potius quàm ad illam partem nouit omnia: & determinatè altera pars, & vt vtraque pars possibilis est diuersa ratione, & indifferenter. Iam si in actu futuri sint euentus, etiam liberi, determinati cognoscuntur in diuino actuali decreto de facto decernente: neque est ab hoc inscrutabili, infallibilique fato, quod nullam rebus liberis imprimit necessitatem, aut violentiam, se subducere, aut præripere.

Malorum cognitionem non haurit Deus ex bono creato, cui opponuntur, nec illorum distinctiones, specificationes, specificationum priuationes, & modos capit à bonis creatis, quibus opponuntur: sed à suis ideis, seu rationibus bonorum, & potentia efficaci ordinante, si bona sunt, vel permittente, si mala, à se, & in se habet malorum, sicut & *Quomodo mala noscātur à Deo.*

D.Thom. bonorum cognitionē. Ita D. Thomas 1.p.q.28.ar. 4.ad 4.& 22.q.164.art.1.ad 4.ait: Præſcius eſt Deus omnium futurorum euentuum, ex diſpoſitione diuinæ præſcientiæ, & prouidentiæ. Quatenus itaq; p ræhabet omnes bonitates tàm moris, quàm naturæ, ſiue in eſſe, ſiue in operari, in ſuis ideis & potentia efficaci nouit omnia mala oppoſita. Et nota, quod etſi malum pœnæ ſeu noſtræ non opponatur Deo ſed malicia moralis, ipſum tamen per ſuā diuinā eſſentiam no-
D.Thom. uit Deus, ita D. Thomas 1.p.q.14.art.10.ad 3.vbi in hūc modū habet. Malum naturæ non opponitur eſſentiæ diuinæ, quæ malo corrūpi non poteſt: opponitur autem effectibus Dei, quos per eſſentiam diuinā cognoſcit Deus, & ita tota ratio cognoſcendi reſoluitur in ſuam eſſentiam. Malum autem culpæ, immediate, directè, & formaliter opponitur voluntati diuinæ, & quantum eſt ex ſe Deum conatur corrūpere, & a ſua diuinitate & maieſtate deturbare: quamuis voti compos non euadat: ac proinde etiam, non intellecta virtute oppoſita, intelligitur repugnātia. Hæc omnia dico, conſiderata Dei cognitione in ſe, nā ex parte cognitorum nouit quædā eſſe propter alia, & quaſdas creaturas requirit, vt alias cognoſcat, non æquidem vt ab his hauriat cognitionem, ſed vt fructum: & interea, vt effectum permiſſum à ſua operatrice cognitione.

D.Thom. Colligitur etiam ex D. Thoma loco citato in c. & ſolu. ad 1, diſcrimen inter intellectum diuinum & noſtrum in cognoſcendo malo, priuatione, & negatione. Nam Deus nouit malum, & ipſum non ens, vt petit natura, ſeu non natura mali, & ſub ratione non entis (ſi terminus, ſub dicat rationem, quæ, obiecti ſecundarij) & hoc per ſuam entitatem & bonitatem. At intellectus humanus non nouit malum, vel non ens, prout eſt in ſe: ſed ad modum entis. Deus itaq; prout eſt in ſe, ob ſummam entitatem, non noſcitur naturaliter à noſtro intellectu. Imo nec poteſt dari intellectus, aut ſpecies

Diuerſus modus cognoſcēdi malum in intellectu diuino, atq; in intellectu creato.

ſpecies creata, quæ Deum, vel abſtractiuè; vel intuitiuè attinguar: vel repreſenter, vt eſt in ſe. Nam cognitio naturalis ſequitur modum ſubſtantiæ intellectiuæ, quæ ſi creata eſt, admodum entis creati omnia intelligit. Rurſus ſpecies creata, (cum repreſentandi modus ſequatur modum eſſendi) repræſentat ſemper ad modum entis creati. Vide D.T. 12. quæſt. 5. art. 5. in cor. Ex his etiam colliges diſcrimen aliud inter intellectum diuinum & noſtrum: nam hic intelligendo imperfectionem, fit ſaltim intentionaliter ipſa imperfectio, cum per priuationem ad modum entis, priuationem cognoſcat. At diuinus intellectus per ſuam perfectionem omnis imperfectionis, etiam intentionaliter expertem, nouit omnes imperfectiones: nec dum intelligit malum, fit malum. Nouit quippe malum, non per intentionale malum, ſed per ſuam bonitatem. *D.Thom.*

Sed vt vnde efluxit oratio reuertar, dico quod Deus non haurit cognitionem à creaturis, nec exit à ſe. Vnde, quando cognoſcit noſtrum conſenſum certo & infallibiliter in auxilio gratiæ & ipſum infallibiliter præſcit ſuo præuio & efficaci, non hoc intelligitur, quaſi requiratur auxilium illud præuium creatum receptumque in voluntate, vt ab eo hauriat cognitionem: ſed requiritur vt effectus & fructus ſui decreti æterni, & idealis auxilij. Nouit autem auxilium in nobis receptum, vt rationem ex parte effectus modo dicto. *Ideale auxilium. Ratio cognoſcēdi in Deo.*

Concludo quod ſicut in idea actu determinata per reſpectum rationis diuini decreti elucet futurum futurum: ita in eadem determinata poſsibiliter, elucet futurum non futurum de facto. Et tandem in eadem idea, vt repræſentans modum & formam, noſcitur pura poſsibilitas. Eſt igitur conſiderare in idea & eam eſſe determinabilem hoc vel illo modo, quod eſt quaſi potentia paſſiua reſpectu decreti diuini: eſtò reſpectu ef-

Digitized by Google

Deus erat auctor, & plasmator, aliter, quàm ipse volebat, & cognoscebat, & permittebat, poterãt de se testari, aut disponere sicut nec potuerũt ex nihilo fieri, nisi autore Deo. Dei autẽ arbitriũ à nullo alio, quàm à se potest, nec infallibiliter præueniri, cum sit primum determinans per essentiam quò ad exercitiũ, seu futuritionem: ac proinde nec à suis Ideis, nec à sua bonitate increata obiecta, nec à sua essentia sub conceptu essentię, Ideæ aut bonitatis prædeterminatur efficaciter, ad consensum liberũ, sed à seipso primò. Non itaq; præscivit Deus quasi ante consensum suum, quòd oblata taliter vel taliter sua bonitate (nisi fiat sermo de ipsa libera oblatione, quę virtutem determinandi veluti habeat à consensu, hoc enim est efficaciam reuocare in cõsensum quod nos intendimus) esset infallibiliter futurus suus consensus: ita enim arbitrium diuinum quò ad exercitium ab alio quasi moueretur, & per consequens non esset primum in illo genere: est enim primum sub conceptu arbitrij, & non tantum sub conceptu bonitatis. Itaque non fuit Deus conscius sui futuri consensus ante consensum, non esset vtique liber per essentiam, & primus in tali ordine. Se ipsum igitur primò determinat per se, requisita bonitate sua obiectiuè, ac simultaneè, non autem vt præueniente consensum efficaciter, vel physicè, vel moraliter, sed concomitanter, ac proinde non præuenitur consensus à bonitate, sed cum bonitate se determinat primò à seipso cum cognitione; non enim est sine ratione sua quoad exercitium determinatio. Sola libertas creata ex parte obiecti & ex parte potentiæ potest ab alio præueniri.

Dei arbitriũ à nullo alio: imo neque ab ipsa immensa bonitate, prædeterminari potest infallibiliter.

Et explicatur amplius. Nam Deus liber maximè dicitur in amore, quẽ habet ad nostram bonitatem participatam, quia habet in se infinitam, ex quo indifferens est & expeditus à bonitate quauis creata: ab ea independens, vtpotè solus sibi satis: immò & à sua bonitate est expeditus, ideſt ab

Quomodo Deus liberrime nos amet.

telligentiæ altera. Probatur his efficaciſsimis argumentis. Primũ eſt. Cũ verbũ diuinũ procedat ex altiſsimi, & inſcrutabili etiã libertatũ creatarũ cõpræhenſione, proculdubio, ſi daretur ſcientia illa media, etiã procederet per hanc ſciẽtiã verbũ diuinũ: ſed hoc nõ eſt dicẽdũ: ergo nõ datur talis modus cognoſcẽdi. Probatur minor: nã filius procedit per ſcientiã omnimode Deo innatã, & naturalẽ: alioqui nõ eſſet filius naturalis omnino, ſed medius. Mox: nam fieret cõſequens quòd verbũ diuinũ potuerit produci aliter quam fuerit productũ, ſeu quòd potuerit procedere ex aliquorũ cognitione, ex qua de facto non proceſsit. Maior cõfirmari poteſt: nam ante omnẽ actũ volũtatis, conſtituitur hæc ſciẽtia media: ac proinde non intelligatur in illo ordinis ſigno procedere ſpiritus ſanctus.

An procederet verbũ Dei per ſciẽtiam mediã

Secundum argumentum. Scientia omnimode innata, & naturalis Deo, quæ dicitur ſimplex intelligentia, perfectiſsimè, & modo inſcrutabili compræhẽdit omnes libertates creabiles, in quouis poſsibili ordine, ergo ſi ex hac cõpræhenſione ſequitur cognitio conſenſus non eſt cur conſtitua mus ſcientiam mediam.

Tertiũ argumẽtũ. Scientia, qua Deus, antequã intelligatur adeſſe liberũ decretũ diuinũ, nouit inffallibile cõſequẽtia ex poſsibili negatione ſui auxilij, & gratiæ liberum arbitriũ poſsibiliter perſeueraturũ in malo libere: vel libere lapſurũ, ſi diu ſtet ſine gratia, & auxilio, eſt naturalis, an media? Certè ad negandũ auxiliũ, non indiget vſu noſtrę libertatis.

Quartum argumentum. Cognitio futuri conſenſus, vel prouenit ex illa cõpræhenſione quatenus nouit arbitriũ, & ordinẽ, quantũ cognoſcibilia ſunt, etiam ex parte cognitionis, quæ ſumma eſt, & infinita: vel quatenus nouit obiectum, quantùm cognoſci poteſt ex parte obiecti in ſe, quòd planè ſatis eſt ad veram compræhenſionẽ. Si primũ: ergo nõ compræhẽditur ideo quia futurus, ſed è cõuerſo: ſi ſecũdũ:

ergo

ergo quicunque comprehendit arbitrium habet talem scientiam. Et certè adhuc hoc inconuenienti vrgeo: nam si tale cognoscibile creatum est tale, inquam, obiectum, nimirum consensus ille, quare non poterit representari per speciem creatam, & per intellectum, & lumen creatum.

Ex D. Tho. probatur scientiã mediam esse variabilem

Quintum argumentum haurire poteris ex D. Thoma. q. q. 2. de scientia Dei art. 13. ad. 5. vbi eleganter infert, quòd si Deus non sciuit aliquid, quod potuit scire variabilis esset scientia Dei, & augeri posset: nam includeretur aliqua suppositio, vel conditio sub potestate sciendi ipsius Dei: admittere itaque possumus, quòd Deus plura potuerit scire visione, quàm sciat: non autem simpliciter: ergo non est admittenda scientia media, quæ admittit Deum, etiam præuento omni libero suo decreto, potuisse simpliciter aliqua scire, quæ non sciuit.

D. Tho.

Sextum argumentum desumitur ex eodem D. Thoma in disput. q. 16. de Demonibus art. 8. vbi ex eo probat non posse demones certò scire hominum liberas cogitationes: posse autem Deum: quia voluntas nostra interius non potest ab alio, nisi à solo Deo moueri, cuius ordini immediate subest motus voluntatis. Iam auctor scientiæ mediæ dicit, non ex eo cognosci à Deo, quia Deus solus possit interius mouere voluntatem, vel quia diuino ordini immediate subijciatur motus nostræ voluntatis: sed quia modo illo altissimo libertatem comprehendit. Affirmat enim, quod ideo nouit, quia futurus est consensus noster: & ita non consensum ordini diuino: sed ordinationem diuinam subsernit consensui nostro, & certè, si possibilem illam vel conditionatam futuritionem nõ habet consensus à scientia Dei, vt à mensura: fatebere etiam, quod nec futuritionem de facto habeat dependenter à voluntate diuina. Nam qui conditionate futurus est absque dependentia à possibili decreto diuino: vt à mensura, consensus noster, quare non erit

absolutè

absolutè & de facto futurus sine dependentia ab actuali decreto, vt à mensura: siquidem quæ habitudo est possibilis ad possibile, & conditionati ad conditionatum, est actualis ad actuale & absoluti ad absolutum: non ergo est admittenda scientia media.

Septimum argumen. D. Tho. in eisdem disputatis q. 2. de scientia Dei ar. 3. ad. 1. mirifice infert, quod si scientia Dei penderet ab effectu aliquo, sicut scientia speculatiua, aliquam perfectionem ab illo effectu mendicaret: ergo non est admittenda scientia media, quæ talem dependentiam admittit. Ibidem habet quæst. 8. de cogni. Ange. art. 13. Ex eo Deus occulta cordium scit: quia ille solus potest in voluntate aliquid imprimere: non ergo ex nuda illa cognitione arbitrij, sed in suis impræsionibus nouit futurum consensum. *D. Tho.* *D. Tho.*

Item q. 3. decretatione ar. 15. arg. 11. soluendo illud, laudat argumentum, quatenus ait in Deo non esse aliquid necessarium ex suppositione: quia hoc necessarium causatur ex aliquibus causis præsuppositis: Deo autem nil est causa: ergo non est admittenda scientia media. Octauum. D. Thomas in disp. q. 23. de voluntate Dei ar. 4. ad 13. ait in Deo nil potest esse necessarium conditionate: nam quid quid est in Deo necesse est ei inesse, & quidquid Deus est actu, necesse est cum esse actu. Iam cum dicitur Deum velle aliquid non significatur illud aliquid in esse in Deo, sed tantummodo importatur ordo ipsius Dei ad illius defectionē in propria natura, & ideo ex hac parte deficit conditio absolutæ necessitatis. Hinc quamuis necessario necessitate absoluta sciat quod scit, & possit quod potest: tamen non quæcunq; vult necessario vult: ac proinde scientia visionis, quo ad modum visionis, cū sit libera, nō est in Deo nisi supposito decreto diuino. nec dicitur necessaria sed immutabilis: aliæ autē scientiæ & potētia simpliciter necessario sunt in Deo: ergo non datur scientia media: hæc enim etiā in his, quæ sunt in *D. Thomas.* *D. Thomas.*

Deo necessario, admitti conditionē itaq; scientia media po
tius diceretur immutabilis, admodū quo scientia visionis,
D.Thomas. quam necessaria. Videas ibidem solutionem ad. 6. vbi ait,
quod etsi ea, quæ important comparationem Dei ad exitū
creaturarum in esse, vt velle, creare, & huiusmodi non sint
in Deo necessaria absolute, nisi data hypothesi diuini velle.
At esse viuentem, sapientem, & alia huiusmodi, sunt necessa
ria absolute: non ergo sapientia Dei poterit esse media, de
qua dicis potuisse absolute esse aliam, sed simpliciter erit na
turalis & simplex intelligentia, excepta visione quæ non est
simpliciter necessaria, qua parte includit diuinū velle, quā-
uis immutabilis sit. Ibidem argumento sed contra habet D.
DiThomas. Tho. nihil extrinsecū à Deo, potest Deo necessitatem impo
nere: ergo in Dei scientia necessitas cognoscendi hanc par
D.Thomas. tem non prouenit ab extrinseco, nempe ab vsu tuæ liberta-
tis, seu à tua libertate. Præfatam doctrinam seu discrimen in
ter velle diuinū & scire respectu creaturarū habes. 1. p. q. 19.
ar. 3. ad. 6. & 1. contra Gen. ca. 81. Nonū idem S. Tho. ibidem.
q. 7. de simplicitate diui. essen. ar. 10. ad 5. ait scientia Dei ali-
ter cōparatur ad res, quam scientia nostra: cōparatur enim
ad eas sicut causa & mensura. Tales enim res sunt secundū
D.Thomas. veritatem, quales Deus sua scientia eas ordinauit: fit ergo
ex hac doctrina non esse admittendā scientiam mediā, quæ
vult non esse talem consensum nostrum, qualem Deus sua
D.Thomas. scientia ordinet: sed e conuerso.

Decimum: nam fit consequens quod Deus intelliga-
tur influere in illum conditionatum in tali ordine rerum
consensum, necessirate naturæ sine cognitione, & fine.
Constat, siquidem non ideo futurus, quia cognitus aut or-
dinatus, vel permissus à Deo, sed è conuerso. Itaque iam
Deus si inuenit illum ordinatum & cognitum, & non à se
in illo signo, ergo non est admittenda scientia media, cum
tot dei inconuenientia.

Vndeci-

Vndecimũ. Ille futurus cum conditione consensus effectus Dei est: ergo præexistit in Deo intelligibiliter, cũ Deus intellectus sit, & per intellectũ agat, omnisq; effectus in causa præexistat: quod etiam constat ex illo. Ioan. 1. quod factũ est, in ipso vita erat, non ergo expectabat effectum, vt ideo nosceret, quem iam intelligibiliter præhabeat: nõ modo absolute, spectata possibilitate, sed etiam spectata futuritione conditionata, nisi dicas consensum, vt futurum in tali ordine rerum non esse effectum Dei: ac proinde nec præintelligi in Deo intelligibiliter. Videas D. Tho. q. 3. de crea. ar. 15. c. vbi habet hoc vndecimum argumentum elegantissimũ plane & efficacissimũ contra scientiam mediã. Præterea, si per talem mediam scientiam: quia altissime compræhendit, & non aliter, est cognoscibilis conditionatus ille consensus, fit consequens, quod neq; scientia beata animæ Christi Domini attingat tales consensus nisi ei ineuidenter reuelentur, & non scientifice: sed hoc est absurdum: ergo &c. constat sequella: nam neque anima Christi compræhendit altissime, modo illo nostrũ arbitriũ. Assũptionem habes ex D. Tho. 3. p. q. 10. ar. 2. c. vbi ait, quod nouit Christus per sciẽtiã beatam omnia, quæ Deus per scientiam visionis, & item omnia, quę sunt in potestate cuiusuis facultatis creatæ, cum eas compræhendat in verbo: ergo absque tali altissima comprehensione nouit Christus dominus futurum consensum.

Ioan. 1.

D. Thomas.

D. Thomas.

Rursus. Quando dicis Deum scire meum consensum: si tamen velim in tali ordine habere illum, seu consentire: aut coniunctio, si, notat causam: quatenus meus consensus conditionate futurus sit causa, quare Deus sciat: aut illa coniunctio tantum importat ordinem consequentiæ; quatenus bona cõsequentia sit: habeo cosensum: ergo scitur à Deo. Si in hoc secundo sensu procedis, nobiscum sentis, & dissentis tuæ scientiæ mediæ: si in pri-

mo creaturam facis cauſam ſummi creatoris: ergo non eſt admittenda ſcientia media. Huius rationis modum procedendi hauſi ex D. Tho. Quodlib. 5. q. 2. ar. 4. c. vbi exponit quomodo hæc ſic vera: Deus poteſt peccare, ſi vult. Videndus eſt eodem Quo. q. 1. ar. 2. c. vbi prædeſtinatos vocat electos, & ordinatos, quia, ea per quæ ordinantur ad gloriam, ſunt ex ordinatione & motione diuina: reprobos vero vocat præſcitos. Conſulite obſecro Theologi candidiſſimi iſtas ſanctiſſimi præceptoris auctoritates, obſeruate quo modo etiam antequam inſurgerent aduerſus eius doctrinam, parabat arma: imo contrarias opiniones antequam in lucem venirent confutauit, omniaque aduerſantia contriuit.

D. Thomas.

D. Thomas.

Tertia concluſio.

INgenue fateor quod Deus per ſuam ſcientiam naturalem, ſeu ſimplicis intelligentiæ cognoſcit determinatè, & infallibiliter conſenſum determinatum poſſibiliter in tali ordine, & præuijs, ita vt hæc infallibilitas, quãuis requirat arbitrij comprehenſionem, tamen diſcretio, & cognitio determinati conſenſus, non præſciſe in natura arbitrij ita comprehenſi, ſed in præuenientia, & præuia fiat, & in propoſitum Dei efficax volens mouendo, ſeu permittens. Itaque aſſerimus præcognoſci infallibiliter poſſibilem alterum conſenſum ex vi cognitionis eorum, quibus circumuenitur arbitrium abſque vlla libertatis iactura. Conſtat ex his quæ hactenus, & in hac Relectione, & in præuijs diximus. Hanc concluſionem habet. D. Tho. 1. con. gen. c. 68, vbi probat, quòd Deus cognoſcit liberos voluntatis motus in ſua eſſentia tanquam in vniuerſali principio, & in alijs, quæ ipſe diſponit, permittit, ſeu præparat. Et mirandæ ſunt hæc illius verba dominium autẽ

D. Thomas.

quod

quod habet voluntas ſupra ſuos actus, per quod in eius eſt poteſtate velle vel non velle, excludit determinationem virtutis ad vnum, & violentiam cauſæ exteriùs agentis, non autem excludit influentiam ſuperioris cauſæ, à qua eſt ei eſſe & operari, & ſic remanet cauſalitas in cauſa prima reſpectu motuum voluntatis, vt ſic Deus ſeipſum cognoſcendo huiuſmodi cognoſcere poſsit.

Pro melius infallibili prædeterminatione intelligenda in tali ordine, & præuijs, tamen in ordine gratiæ, quàm naturæ, nota quòd in vnaquaque re prior eſt potentia actu ipſo, ac proinde, quamuis conſiderata preſciſè natura indifferentiæ arbitrij, & eius non determinatione, conſentire, & non conſentire indifferenter & omnino ex æquo poſsibilia ſint, & ex conſequenti in hac conſideratione, etſi inſcrutabilis, & altiſsima ſit comprehenſio, non poſsit prænoſci determinatus conſenſus. At prius eſt conſenſum determinatum eſſe poſsibilem, quam eſſe determinatum, & futurum infallibiliter, hoc ſecundum non adeſt niſi adſit liberum decretum Dei actu decernens: illud primum adeſt: prius vtique eſt in non æternis poſſe, quàm eſſe.

Hoc ſupoſito dico, quod etſi non in comprehenſione diuina arbitrij noſtri, vt indifferens eſt, ſciatur determinatus conſenſus: at noſcendo eſſe indifferentiam participatã, & quod pars à parte ſeu partiali bonitate, maximè præcedentibus præuijs diſpoſitionibus, ſaltem infallibiliter prædeterminari poſsit: rurſus comprehendendo voluntatem vt naturam, motus naturalis eiuſdem poſsibiles, & futuros: Item comprehendendo qualis maneat voluntas, & qualis relinquatur ex ijs, quę neceſſario vel libere paſſa eſt, quæ ſe offerent voluntati ſic affectę, & quæ non, poteſt Deus conſenſum determinatum præſcire infallibili neceſsitate in omnibus his.

Et nota, quòd eſſe tale arbitrium noſtrum, vt ad malum

Vnde habet libertas nostra vt ad malum circumueniri possit.

circumueniri posſit ac preueniri infallibiliter, habet vt à prima radice, ab eo, quod eſt eſſe ex nihilo. Hęc prima omnium miſeriarum radix: cui miſeriæ ſucceſsit peccatum, & priuatio gratiæ: quæ quidem gratia damna ex illa radice prouenientia reparabat. At eſſe tale, vt ad bonum conſenſum pręueniri poſsit, habet quatenus eſt à Deo vel auctore naturæ vel gratiæ. Nota etiam quòd ad malum præuenitur pura permiſsione à Deo: à ſeipſo autem præuenitur ad malum, dum multa vult, facit, dum tales affectiones ſuper ſe inducit, dum talia non vitat, dum inſtigat concupiſcentia, & alia: & in his infallibiliter præuentus videtur, vel

Ad bonum pręuenimur à Deo: ad malum nequaquam.

pręſcitur determinatus malus conſenſus. Aliter igitur conſentimus malè, & aliter benè: nam ad illud etiam pręuenimus nos ipſos ex nobis, & ab ab alijs, quæ Deus permittit: ad bonum autem maximè ordinis gratiæ pręuenimur à Deo, dum inſtigat iterum atque iterum, eleuat ſpecialiter, & ſpeciali motione circumuenit nos miris modis miſericorditer infundendo oleum gratiæ, quod ſuaue eſt, ad cuius præuiam infuſionem currunt rotæ Ezechielis ſponte ac liberè: oleum vtique eſt, non coactiua vis. Hinc etſi liber ſit tàm bonus, quàm malus conſenſus: at ille, maximè ſi eſt ordinis gratiæ, totus Deo debetur vt ſpecialiter mouenti, & prædeterminanti, & non tantùm vt cauſę præcipuæ; totus inquam debetur & aſcribitur Deo vt auctori ſpecialiter mouenti. Malus autem quo ad malitiam, nullo modo eſt à Deo: malum ergo ex nobis, bonum autem à Deo habemus. Quamuis igitur indifferentia arbitrij cognita præſciſſe non det potiùs conſentire quàm non conſentire: at

compræhenſio omnium, quæ prævenire poſſunt arbitrium, poterit dare conſenſum determinatum.

(?)

Quarta

Quarta Concluſio.

PRÆFATVS Cognoſcendi modus non admittitur in ipſa Dei ſcientia reſpectu ſuæ libertatis & conſenſus: non quia non comprehendat perfectiſsimè ſuam libertatem, comprehendit vtique, ſed quia eſt liberum arbitriũ per eſſentiam, & primum determinans quò ad exercitium. Ratio autem, quam adhibet quidam de hac concluſione, nimirum fieri conſequens, quod Deus non eſſet liber, nulla eſt. Nam etſi Deus præſciret ſuos conſenſus in tali ordine & præuijs infallibiliter futuros, non ſequeretur formaliter, & ex terminis præpediri libertatem Dei, niſi alioqui eius arbitrium non eſſet increatum. Probatur; nam Chriſtus per ſcientiam beatam videbat omnium hominum futuras cogitationes liberoſque conſenſus, ac etiam ſuos, & nihilominùs liberrimè operabatur. Cur orabat, fiat voluntas tua, ideſt moriar ego, ſi hoc videbat futurum efficaciter? Sanè quia etſi videbat, liberè nihilominus erat futurum, videatis Diuum Thomam 3.p.q.21.art.1.ad 2.

Eius, qui prænouit in fallibiliter ſuũ futurũ conſenſus, libertas ob hoc non impeditur. D.Thom.

Et confirmatur. Nam ſaltem homo ille cùm eſſet Deus comprehendebat ſuam naturam aſſumptam, & libertatem humanam, futuroſque ſuos conſenſus in illa natura videbat. Certè, ſi mihi Deus reuelaret me habere donum perſeuerantiæ, nec non quod tali tempore & loco deberet inſtare tale præceptũ adhuc libere adimplerem. Ab intellectu non poteſt voluntas neceſsitari: ita vt præpediatur libertas, niſi in motibus omninò primis, & in clara Dei viſione. Imo ſi propriè loquendum ſit, nec à Deo viſo neceſsitatur, ſed à ſe ſuppoſita gratia & charitate ex parte ſui, & Deo clarè viſo, vt obiecto. Hæc enim eſt charitatis natura, vt determinata ſit: etiam quo ad exercitium ad Deum clare viſum? Vnde, ſi Deus mihi reuelat:

Non neceſſitatur voluntas beata quo ad exercitium ab obiecto.

uelat: imo & si in sua essentia viderem meam crastinam deambulationem, adhuc libere ambularem, si nil aliud interueniat præter illam scientiam.

Quinta conclusio.

Scientia media destruit libertatem.

SCIENTIA Media non modo non astruit libertatem nostram, verùm etiam difficillimè cum ea componi potest. Probatur. Ex præscisa, & nuda cognitione indifferentis, quatenus indifferens est, & indeterminatum, nequit haberi determinata alterius partis cognitio: imo quò perfectius noscitur indifferentia facultatis, eò perfectius cognoscitur posibilis indifferenter vtraque pars: sed natura arbitrij consistit in indifferentia: ergo ex eius præscisa, quātumuis inscrutabili comprehensione, non poterit certò dignosci altera pars. Quomodo enim indifferens, vt indifferens, determinabit?

Nota ex D. T. quo modo magis Deo quàm nobis repugnat scientia media. Origines.

Hinc, vt optimè dixit Diuus Thomas de scientia Dei art. 12. ad 6. multo minus Deus, ex contingenti, & indifferenti, vt sic, potest noscere alteram partem futuri contingentis, quam noster intellectus, quia Deus perfectius nouit indifferentiam. Vtor præterea argumento, quo vsus fuit Origines aduersos quosdam asserentes, quod Deus non, quem vult, indurat nec, cuius vult, miseretur, sed indurat eum, cuius naturam prænouit induratam, & miseretur eius, cuius naturam prænouit spiritualem, & non perditā, seu carnalem, sicut illam. Arguit igitur Origines lib. 3. Periarchon cap. 1. Nam fieret consequens destrui libertatem. Si enim ex natura prouenit, non est libertas. Similiter vrgeo. Si natura libertatis fert ita, vt flectenda veniat: non autem repugnatura in tali ordine (& nota quod non dicunt ex tali, sed in tali) iam liberum non est, sed naturale.

Etquan-

Et quando dicis: quod præscit altissima comprehensione, inquam partem declinabit, libere tamen, implicas in adiecto confundens naturæ determinationem cum indifferentia naturæ. Si ex natura, ita comprehensa, determinatio, quomodo ipsa indeterminata est? Dices esse determinationem, seu necessitatem infallibilitatis. Sed tamen ista insisto. Nam hæc infallibilitas, iste sensus compositus supra naturam arbitrij præscisè, in tali, & non ex tali ordine rerum, non cadit, esset vtique naturalis, & non libera infallibilitas. Fateor capacem esse naturam arbitrij, vt a Deo & alijs modo dicto infallibiliter determinetur, ipsa tamen ex se determinata non est, nec ex illa oritur determinatio. Si obstes melius iri consultum libertati, si à se habeat hanc infallibilem determinationem, quam ab alijs, ita perseuero & concludo: nam prædeterminationem ab alijs potest vel abijcere, vel resistere, esto infallibiliter non sit repugnatura at. Si à natura esset, resistere, vel abijcere non valeret in aliquo sensu. Si dicas cognosci alteram partem, non quia ad hoc fiat gradus ex pura arbitrij indifferentia, sed quia implicatur sensus compositus & actus ipse in se quasi conditionatè visus: ac proinde etiam in illo ordine potest euenire oppositum, nisi implicetur consensus actu, contra, ita insisto. Et imprimis modus loquendi aduersariorum satis apertè indicat, quòd ex vi comprehensionis inscrutabilis, qua nouit naturam arbitrij noscitur consensus determinatus: alioqui nimirum materialiter loquerentur, dum ex cognitione illa altissima inferunt cognitionem alterius partis. Quinimo hoc potius esset reducendum ad præsentiam illam conditionatam, cuius præsentialitatis, vt iam dixi, idoneam adhibere rationem impossibile est: Possibilis vtique dicitur, non autem futura. Mox: si tantopere auersantur isti doctrinam Thomistarum, dum explicantes scientiam visionis futurorum liberorum ad sensum compositum con-

fugiunt, & ad præſentialitatem, ſeu coexiſtentiam conſenſus futuri in æternitate, quare in hanc diſtinctionem incidunt? Conſentanea erit conditionata præſentia, conſenſus compoſitus ad viſionem conditionatam: & præſentia abſoluta non erit ſatis ad abſolutam? In quo fundatis diſcrimen, & maiorem rationem? Rurſus: ille modus cognoſcendi, ſpecularem redolet cognitionem. Porro: ſi cognoſceret ad inſtar ſuæ libertatis noſtræ libertatis facultatem: & ad inſtar ſuæ determinationis, noſtras, oporteret præſcire ſuas, quod etiam ab ipſis aduerſarijs negatur. Item: vel cognitio determinati conſenſus prouenit ex ſcientia media quatenus ipſa ſit huius determinationis menſura, & hoc negant: vel ex natura arbitrij, & hoc libertatem euertit: vel ab ordine, & præuijs, quod ſi das, ceſſat controuerſia.

Cuiuſdam ſolutionis aduerſarię redargutio.

Dices: quod non prouenit niſi ex natura extremorum, iam quaſi conditione præuiſorum reſpectiuè, ſeu in ordine ad illam ſcientiam Dei inſcrutabilem. Sed contra hoc ita pergo, & inſiſto. Vel illa determinatio eſt ita reſpectiuè in ordine ad illam ſcientiam, vt prorſus ſit ab extrinſeco, & hoc non dabit auctor ſcientiæ mediæ: vel à natura rei non abſolutè, ſed reſpectiuè, quod non eſt aſſerendum: nam fieret conſequens illam partem in ſe iam eſſe determinatam, quamuis hæc determinatio ſolum eſſet obiectum illius inſcrutabilis comprehenſionis. Certe Deus ſua natura dicitur infinitè cognoſcibilis: quamuis hæc obiectiua ratio ſuam tantum infinitam cognitionem reſpiciat. Si nos non nouimus hęc futura prouenit ex deffectu obiecti? Reſpondebis: nequaquam: ſed quia noſtra cognitio non eſt ita altiſsima & inſcrutabilis: ergo videtur quod illud obiectum iam in ſe ſit determinatum, ac proinde in ſe conſenſus erit determinatus, & per conſequens præpeditur libertas. Quod itaque ego habeam

optima ratio contra ſcientiam mediam.

aliquid

aliquid à certo quodam visu visibile, non autem ab omni visu, non est impedimento, quo minus dicar illud simpliciter habere: alioqui Sol non esset lucidus seu visibilis cum respectu Noctuæ non sit visibilis. Debes igitur concedere, quod illa determinatio sit in natura arbitrij nostri: incognoscibilis tamen à debili lumine intellectus creati: vel prouenit ab extrinseco. Nam affirmare quod videatur determinatus ratione sui ipsius & propriæ præsentialitatis, quatenus implicetur sensus compositus, repugnat. Siquidem, siue sit præsentialitas possibilis: siue futura: omnis deriuatur ab eo quod est præsens per essentiam. Certè affirmare quod ita se primo determinat libertas nostra: vt nullis præuijs infallibiliter determinantibus possit subiacere, & subordinari, est ingenue fateri esse tam liberam, atque libertas increata est. Quare hoc sit possibile, seu futurum, in hoc ordine seu in his, potius quam illud, non ne in fontem totius possibilitatis & futuritionis reuocandum est: à quo omnis possibilitas & præsentialitas? Non igitur Deam faciamus nostram libertatem.

Sed, & vlterius pergo: nam videtur mihi quod ex sententia oppositarita se habeat noster consensus ad constituendam, & determinandam scientiam mediam, & ad eam distinguendam à scientia, quam vocant omninò naturalem, sicut diuinum decretum ad constituendam scientiam visionis distinctam ratione à simplici intelligentia. Et ita, sicut scientia visionis dicitur libera ipsi Deo: ita scientia media libera nobis: non Deo. Nam ex nostro libero arbitrio penderet quod scientia Dei hac vel illa ratione determinaretur: ac proinde actus nostræ libertatis saltim in præuisione omne liberum decretum diuinum anteiret. Porrò cum talis scientia media non sit Deo omnimode naturalis proculdubio videbitur in rationem scientiæ adquisitæ declinare: & quod magis

Si daretur scientia media, ita se haberet ad illã noster consensus sicut decretũ diuinum ad scientiã visionis.

magis mirum non propria ipsius Dei Minerua & Marte, vt aiunt, sed nostra. Rursus fit consequens quod sicut Deus sibi taxat, & diffinit libere obiectum visionis, determinatque visionem horum, & non illorum: sicut, inquam, Deus suam visionem liberè ad hæc coarctat, & constringit, ita per nostrum consensum & nostri arbitrij vsum taxetur scientia ista Dei media, ita constringatur: atque ita libertas nostra diuinæ fines perscribat: ac proinde, qui omnibus fines posuit, & maris fluctus per exiguam arenam arctat, arctatus ipse erit. Sed rogo, quod in hoc ordine sint hæc possibilia & futura, cadantque sub scientia media, non autem alia, est ne cum numero, pondere, & mensura? Quod hæc per mediam scientiam de facto nota sunt, sint tot & non plura, cum potuerint alia esse simpliciter, est ne cum ratione & pondere taxatum, an casu? Primum dabis: si ergo cum numero & cum ratione, cuius rationis obsecrò, nostræ an diuinæ? Nostræ respondebis, nisi conuictus, fateare è medio scientiam mediam esse auferendam: erit igitur respectu scientiæ mediæ nostra libertas primum decernens, primum taxans, prima regula, imo & talis per essentiam: Deus autem talis erit per participationem: non subordinans, sed subordinatus. Imo in aliquo signo intelligetur priùs determinari, coarctari, & constringi à nostra libertate quamà sua. Nam media scientia ratione prior est visione, seu libera Dei cognitione; ac proinde antequam seipsum consulat Deus, aut consulatur, iam nostra libertas diuinam taxat, & præmit. Poterit ergo nostra diuinam circunuenire, & non diuina nostram. Paulus vult, quod ab illo esse pure possibili, secundum quod noscuntur simplici intelligentia solus Deus possit vocare, quæ non sunt tanquàm ea, quæ sunt: nec est, qui simili voce tonet vt asseruit patientissimus Diuus Iob: alioqui iam affirmare & dicere secundum illud Iob omnes

Nota pulcherrimam rationem.

Rom. 4.

Iob. 40.

posse-

possemus quod saluare nos possit dextera nostra. Siue igitur actualitatem habeat res conditionatam, siue sine conditione, per quam non sit tantum quoad specificationem purè possibilis: sed aliquid amplius habeat, ex Deo vocante dicitur: ita vt si de facto futura est de facto vocetur, si de possibili, possibiliter. Nullus ergo se vocat de non esse ad esse: neque ab esse naturæ ad esse gratiæ: sed ex vocãte Deo dictum est.

Et rogo illa præsentia, illa existentia conditionata est ne ficta ab intelligente? Est ne intẽtionalis purèque obiectiua, an potius physica & realis? Non dabis hoc secundum: nam physica præsentia sine decreto Dei non datur: primum autem sidas, fatebere ex consequenti quod Deus nostras chimeras & figmenta non tantum cognoscat, sed fingat, & cõminiscatur etiam ipse. Admittis, inquam, quod Deus noscat non tantum figmenta, sed fictitiè. Sed age, nonne, dum hanc conditionatam introducis existentiam fictam, talis existentiæ intellectum diuinum fateris auctorem. Quis in ipsa æternitate nec fictas, nec conditionatas entitates potuit introducere facereque præsentes conditionate, si non erat, qui supponeret, aut fingeret nisi Deus? Iam si hic fingẽdi modus Deo non quadrat, neque scientia media. *Ad Rom. 9*

Vlterius confirmatur concluſio rogando, an per hanc scientiam mediam actum liberum, quo Christus adimplebat libere præcepta, nouerit vt futurum conditionatum: etiam ante omne decretum liberum diuinum? Si das: ergo non nouerat illam adimpletionem fore infallibilem, & esse infallibile Christum non peccare nasci ex vnione hypostatica, ex natura beatitudinis, & visione clara, qua homo ille gaudebat ab instanti suæ conceptionis, sed ex vi inscrutabilis comprehensionis. Iam vero communis Theologorum consensus affirmat esse necessarium necessitate infallibilitatis Christum adimpleturum præcepta ex natura visionis,

& vnionis. In dono etiam perſeuerantiæ infallibiliter præuidentur conſenſus.

Confirmatur præterea. Si Deus ipſe ex comprehenſione ſui arbitrij cognoſceret, quid ipſe eſſet electurus ante liberam ſuæ voluntatis determinationem, fieret conſequens: vt etiam illi fatentur, præpediri diuinam libertatem: ergo etiam ſcientiam media euertit noſtram. Probo conſequentiam. Nam euentus ille prius intelligitur determinatus, quam ita cognitus. Mea non comprehenſio mei arbitrij altiſsimo illo modo non eſt ratio, quare liber ſim: cognitio igitur ſuperueniens, vel non ſcientia eiuſdem impertinens eſt ad id, vt ſit, vel non ſit liber. Si dicas eſſe prius determinatum, quia implicatur ſenſus compoſitus, ſeu voluntas ſe determinans, poteris eadem ratione dicere quod Deus præſciat, ſe comprehendo, etiam ante omne decretum liberum ſubiectiue quid facturus & decreturus ſit implicando ſenſum compoſitum, ſeu decretum diuinum obiectiue: quod plane negas.

Porro. Vel illa determinatio, qua libertas noſcitur declinatura potius in hanc quam in illam partem ſuppoſito tali ordine rerum prouenit ex illo ordine tantum vel tantum ex natura arbitrij, vel ex vtroque ſimul, vel ex quo vis alio extrinſeco. Si prouenit ex ordine præuenientium infallibiliter, ceſſat controuerſia. Si das ſecundum, euertis libertatem. Si tertium: ergo conſtitutis duobus creatis arbitrijs, cum æqualiſsima libertate, in eodem prorſus ordine, & cum eiſdem præuenientibus omnimodè, tam ab intrinſeco, quam ab extrinſeco, erit infallibile, quòd quidquid libere faciet vnus, faciet alter: ſi vnus ridet, ridebit alter: ſi vnus reſurgit, reſurget & alter. Sin minus, oſtendatis, in quod poſsit diſcretio, vel diſcrimen reſolui: aut proculdubio impertinens eſt dicere, quòd in tali ordine ſit, vel non ſit: habebitque ſe ordo

purè

purè materialiter. Iam igitur, siue resoluatur in auxilij diuini efficaciam (vt arbitror quando consensus est bonus) siue in vsum arbitrij (quod nego) certum tamen erit, quòd stantibus duobus omnino æqualibus in ordine, & præuijs, non resurget vnus, alio remanente. Nam, si illa media scientia videt consensum, quia inscrutabili comprehensione in tali ordine nouit arbitrium, si idem prorsus est ordo, & omnia alia sunt æqualissima, idem videbit in duobus arbitrijs: aut saltim in alio illa scientia videbit consensum, & non tantùm in tali ordine, & arbitrio. Non ego nego, quòd non requiratur arbitrij comprehensio, ad id, vt in præcedentibus, seu præuijs, infallibiliter determinatus habeatur consensus: sed dico, quod non debet præsciri, vt determinans, & dans efficaciam præuijs omnibus: sed vt talis naturæ, quod possit infallibiliter circumueniri, vel per auxilia Dei efficacia eleuari: prænoscitur capax huius prædeterminationis, cùm creatum sit: prænoscitur prædeterminandum, sed non prædeterminatum: nam hoc, fructus est auxilij. Concludendum est igitur, quòd non detur nisi duplex modus cognoscendi in Deo, nimirum simplicis intelligentiæ, & visionis. Per visionē nouit omnia futura de facto: per simplicē verò intelligētiā omni alia: ita vt nisi in præuijs infallibiliter determinantibus alterā partē liberi nō noscat determinatā, sed vtrāq; indifferēter. Nec dicitur hęc cōsensuū, sine determinatione simplex intelligētia, imperfecta: nā sicut visio non est perfectior cognitio, quam simplex intelligentia, ita neque simplex intelligentia, vt nouit determinate, est perfectior se ipsa, vt cum indifferentia vtranque partem noscit possibilem.

Relectionis conclusio.

Duplex illa necessitas: coactionis nimirum & infallibilitatis dissoluit omnes obiectiones, & cum efficacia præuenientium & infallibili scientia Dei mirificè nostram libertatem componit & conciliat. Qui obstant res sub

Cuiusdā ad uersariæ ob iectionis so lutio.

sub conditione futuras, seu sub possibili futuritione stantes distinctam dicere rationem obiectiuam, ab ea, sub qua stant sub nudo esse possibili, & ab ea, sub qua stant sub esse futuro de facto, ac proinde mediam scientiam esse constituendam, tantum inferunt (si bene inferrent) quod datur duplex ratio scientiæ simplicis intelligentiæ: non autem inferunt quod detur ista scientia media qualis constituitur ab istis neotericis Theologis. Sed neque illud bene infertur: nam possibilis futuritio non extrahit rem ab ordine possibiliũ: dicitur enim futuritio possibilis, & ita futuritio se tenet ex parte subiecti, possibilitas attributum est, tãtumq; infert distinctionẽ in obiecto materiali: non autem in formali, quæ consistit in eo quod est rem esse possibilem: siue sit possibilitas ipsius, rei siuè possibilitas futuritionis. Certè etiã scientia visionis, si obiectio ista vrgeret, distinguenda esset in duplicem visionem. Nam inter ea, quæ de facto futura sunt, quædam de facto eueniunt absolutè, quædam veniunt de facto conditionatè, nimirum suppositа de facto aliqua conditione, euenit namque huius aëris illustratio suppositа solis circulatione: hoc autem non est dicendum: ergo &c.

Obiectio per incõmodum dissoluitur.

Appendix.

Quid necessitas consequentiæ, & consequẽtis

QVæstione præcedenti passim fit mentio de sensu cõposito, & diuiso, ac de prædeterminatione infallibili: & in his etiam implicatur necessitas consequentis & consequentię. Vt igitur hæc intelligantur, hanc decreui adnectere appendicẽ, in qua sub breuibus hæc omnia, quæ non sunt parui momenti in Theologia aperiemus. Tunc ergo dicitur aliquid sequi necessitate consequentis, quando in antecedente inuoluitur causa necessariò determinans illud. Vt in hac: est animal rationale, ergo visibile. Sol lucet: ergo

ergo dies est, necessitas consequentiæ est, quando non datur causa in antecedente, quæ necessitatem imponat consequenti absolute, quinimo simpliciter potest esse contingens: sed tamen dato illo antecedente, infallibiliter sequitur consequens, vt in hac: Deus non dat auxilium efficax: ergo non resurget: ergo diu non stabit, quin labatur.

Duplex necessitas consequentię.

Duplex datur necessitas consequentiæ: vna pura, quando nimirum antecedens non continet causam consequentis, non modo, quæ determinet necessario, sed nec, quæ determinet infallibiliter: vt in illatione proximè adducta. Altera est necessitas consequentiæ, quasi mixta, quando videlicet in antecedente non datur causa consequentis, quæ inducat necessitatem coactionis (propter quod declinat in necessitatem consequentiæ) habet nihilominus causam suauem, inducentemque necessitatem infallibilitatis: & hac ex parte habet aliquid de necessitate consequentis: vt in hac illatione: habet donum perseuerantiæ: ergo non cadet. Quando D. Thomas alicubi asserit necessitatem consequentis nõ cohærere cũ libertate, loquitur de illa primo illo modo: nam necessitas consequentis hoc vltimo modo non impedit libertatem. Volo tamen obserues, quod etsi in antecedente, quod tantùm est purè illatiuum, non autem causatiuum, noscatur illud consequens, nimirum ex negatione auxilij, peccatum: at in illa non potest determinatè cognosci, hic, & nunc iste determinatus actus malus, nisi cõprehendantur alia specialia circumuenientia, & instigantia ad malum, hic, & nunc. Iam cùm in præuenientibus ad malum inueniatur, non tantùm vis illatiua, sed causatiua, nota, vt sæpe dixi, non eodem modo inueniri in his virtutem efficacem infallibiliter præueniendi, & in auxilio Dei. Primo, quia auxilium Dei directè, & specialiter mouet arbitrium, & physicè ex parte etiam potentię: ipsumque auxilium in se efficaciam habet. Rursus inclinat ad bonũ, vt sic, & nos facit benè operari, & bonos efficienter. At in his,

Quæ necessitas consequẽtis impediat libertatem.

Digitized by Google

quæ circumueniunt, seu antecedunt consensum malum multa adsunt, & à multis collectiuè pendet efficacia circũuentionis, quatenus singula, quæ non prosunt, simul collecta iuuant: inter quæ aliqua dantur purè illatiua: vt negatio auxilij, & permissio: alia etiam causatiua, non directè, etiam ex parte potentiæ, sed indirectè. Deinde: quia in primis motibus necessario visis tangimur, illi contactus iam disponunt physicè, in omnibus itaque his, & similibus inuenitur efficax virtus ad id, vt in eis possit nosci malus consensus. Et nota quòd nisi causa, quæ inclinat ad malum consensum sit libera, vel peccatum, aut effectus eius, non dicitur propriè causa illius mali consensus, vt sic, nisi illatiua: nam prima causa mali est arbitrium defficiens: imo nec arbitrium dicitur malum nisi per actionem inordinatam, quę est primum subiectum moris: quia igitur in illis præuijs noscitur arbitrium taliter operaturum, noscitur malum.

Quid sensus cõpositus, & diuisus.

Sensus compositus ita dicitur, quia conditionem, seu duplicationem restringentem inuoluit, ita vt res non stet absolutè, & simpliciter, sed sub aliqua speciali ratione. Duplex est: vnus, qui inuoluit actionem ipsam: vt quando dico: necesse est Petrum ambulantem ambulare: alter verò suppositionem dicit, & compositionem eorum, quę antecedenter se habent ad consensum: at ad ipsum infallibiliter prædeterminãt. Huic duplici sensui composito duplex sensus diuisus opponitur: qui opponitur primæ compositioni bene potest cohærere, & stare cum secunda: ac proinde loquendo de hac compositione in sensu diuiso, illi oppositio, potest nõ conuerti præuentus efficaci. Imo neque in sensu composito, vsurpata hac prima compositione, est necesse conuerti, cum actionem consensus præueniat. At loquendo de sensu composito secundo modo, præuentus efficaci non potest non infallibiliter cõuerti: estò ponsit absolute: quatenus sem per cum infallibili prædeterminatione, remanet in libertate indifferentia quidditatiua requisita ad libertatẽ. Notent

ergo

ergo istos sensus, istas suppositiones, & conditiones: non enim bona est illatio, sed captiosa, quando ab indifferentia, quæ est quidditas libertatis, etiam inferimus indifferentiã, & inefficacẽ prædeterminationẽ infallibilem: stat vtiq; cum hac determinatione illa indifferentia. Rursus etiam captiosa est consequentia, quando ex prædeterminatione infallibili præuenientium inferimus præpediri indifferentiam, in qua natura libertatis consistit. *Quædã male illationes notantur.*

Obserua præterea, quod in nostro integro cõsensu est cõsiderare quidquid entitatis, & perfectionis inuenitur, & rursus hoc quod est talem entitatẽ constitui in ratione cõsensus nostri, seu nostrum esse consensum. Et hoc vltimũ arbitror non consistere in noua entitate, seu nouo modo entitatis, sed in negatiua determinatione, vel extrinseca denominatione, aut moralitate. Hoc tamẽ nõ ita intelligas, vt neges indifferentiã seu libertatẽ esse quid intimũ in volũtate, est vtiq; intrinsece & realiter indifferens: Nã quod actũ eliciat, qui consideratione adiũcta, suspendi possit, & cõtinuari, ea dẽ substãtia, & entitate actus remanẽte, nõ est incõueniẽs. Rursus quod sit volũtas talis naturæ, vt cõsideratione adueniente suspẽdere possit, quid reale est in illa, hinc actio, quę libere continuatur, & non libere incepit, etiã in inchoatione, erat quasi materialiter libera, idest nata subire libertatẽ quãtũ est ex parte sui. Si igitur inconsensu entitatẽ attendas tota est a Deo citra cõtrouersiã, cui vt causæ primæ subordinamur, nec quicquã possumus, nisi ita subordinati, & applicati: & nunquã agimus (quãuis malè hac in parte dissentiat Durandus) quin Deus nobiscũ agat, spectata perfectione & quouis modo entitatis ipsius effectus. At, si præscise notes nostrũ cõsentire, seu id, per quod talis entitas actionis, seu motus volũtatis cõstituitur in ratione cõsẽsus mei, si inquã, purè consideres illud secudũ, quid mirũ, cũ relicti simus in manu consilij nostri, quod ad hoc non applicemur, nec subordinemur, eo modo, quo aliæ causæ secundæ naturales *Nota.*

des, sed ita, vt reliquamur in manu consilij nostri. Sed ita, vt cum sub ordinatione liberi maneamus. Quid mirum, si supposita virtute arbitrij, supposit is præuenientibus auxilijs infallibiliter facientibus, vt faciamus, supposita saltim ordine, aut quoad suum inchoari tota entitate actionis, & supposita subordinatione integra ad primam causam quoad omnia, quæ sunt perfectionis, & entitatis, & etiam quoad id quod quasi addimus (si non est malum morale) intelligamus adiungere arbitrium id, quo dicitur consensus noster, seu id, quo nobis imputatur (maxime cum etiam in hoc, si non est malum morale, Deo subordinemur, & hoc ab illo faciente vt faciamus habeamus) cum non sit addere, sed forte detrahere? Cur in quam illud repugnat, cum id, quo constituitur talis consensus in ratione entis, cū virtutem per modum actus primi: & etiam ipsius actionis totam entitatem, & bonitatem, & quando actus est bonus, saltim in ordine gratiæ, ipsum auxilium efficax præueniēs, cuius fructus est noster consensus, à Deo habeamus, à Deo applicemur, & Deo subordinemur faciatque Deus vt faciamus? Quando Deus totum facit absolute etiam subomni ratione, denominatione, moralitate &c. Non dicitur tantum facere, vt faciamus, sed absolutè, & omnimode dicitur facere, nam aliæ causæ naturales potius aguntur, quàm agant: & ita de solo arbitrio dicitur, quòd Deus facit, vt faciat. Itaque cum causis naturalibus, non tam dicitur Deus facere, vt faciāt, quàm facere cum illis. Nam, qui facit, quia Deus facit, vt sic, notat præuium.

Notes obsecro.

De sola libertate dicitur quod Deus facit, vt faciat.

Obsecro, quis audebit affirmare, & si Deus dederit virtutem voluntati nostræ, conseruet, applicet prioritate illa subordinationis, & faciat quidquid entitatis est in consensu peccati, & quod adomne, quod entitatis est subordinemur, quod etiā ipsa mala determinatio qua talis entitas actionis cōstituitur, & denominatur mala, & nostra, sit à Deo? Nō est à Deo, sed ab arbitrio, vt ex nihilo est, in quo sensu potuit malè

malè addere nil, seu detrahere aliquid, potuit à Dei ordine se subducere. At differunt bene consentire, & male consentire: nam ad consensum bonum prævenimur, excitamur, Deo etiam speciali motione concurrente: habemus à Deo facultatem, bene consentientem, non vt est ex nihilo: alioquí, cùm libertas Dei non esset ex nihilo non posset bene consentire, sed à Deo. Itaque nil seu negatio, inquam resoluitur bonus consensus, facultati quadrat nostrę, vt est à Deo negatio vero, inquam resoluitur malus, ei conuenit, vt ex nihilo. Iam si ratio hæc inadæquata consensus negatio est, quid mirũ, etiã quãdo bonus est cõsensus, quod non sit à Deo per modum actionis, seu actus secundi, sed alijs modis, vt dixi. Considerare ergo oportet in consensu efficaciam formalem, à qua formaliter, & efficaciter dicitur illa actio consensus nostri: ad quam, si subordinaremur eodem modo, ac causæ naturales simultaneo concursui, proculdubio solus Deus consentiret: nos autem non tam consentiremus, quàm consentiremur. Itaque quo ad hanc actualem productionem subordinamur Deo, vt tunc immediatè applicanti nos, & concurrenti, attento omni entitatis modo: Si autem consideres nostram determinationem præscisè, quæ est à nobis, libere subordinamur Deo, & illam entitatem determinamus. Aliud ergo est, quod nos habeamus à concursu Dei, seu auxilio, nostrum consentire bonum, quatenus per concursum, seu motionem, tanquam per modum actionis, seu actus secundi constituamur consentientes ab ipso Deo (quod non video quomodo cum libertate concilietur) & aliud, quod per prævenientia auxilia, seu inchoatum concursum, tanquam per causas efficaces habeamus effectiuè nostrum bonum consentire: hoc enim vltimum fouet libertatem: illud autem euertit. Tota ergo efficacia boni consensus, si sumas entitatem eius à Deo, etiam per modum actus secundi: si autem in ipsa efficacia sumas

Quisnã concurrẽdi modus videatur euertere libertatem, & quis nõ.

Digitized by Google

puram nostram determinationem, secundum illam inadæquatam rationem, entitatis condiuisam, à Deo est efficaciter in nostra conuersione, non per modum actionis, seu actus secundi: sed per modum effectus, seu fructus efficienter productus: quatenus taliter nos præuenit, vt faciat efficaciter infallibiliter, vt nos faciamus. Igitur malum ex nihilo habemus, bonum vero ex Deo. Et nota quod non negamus facultatem liberam esse quid reale, & item liberum consensum esse quid reale: liber tamen est quia à facultate indifferente, quæ absque innouatione entitatis in actione consentit, seu actionem consensum facit aduenientè consideratione, quatenus videlicet considerans continuat, quã suspendere poterat actionẽ. Suspendere autem sine actione fieri potest: nec posse suspendere est posse agere, sed posse non agere, & quod non agere sit à nobis modo dicto, quid mirum? Dices: quid si positiuo actu suspendam? R. quod etiam tunc ideo libere exerceo actionem suspendẽdi, quia poteram suspendere illam, & certe non est procedendum in infinitum. Sed quid metaphysicor dum forte non me explico, sed implico, & vt vermis sericus, quo magis verba eructo, eo magis me innodo, & innumeris tunicis intellectum circumuoluo? In omnibus ergo Ecclesiæ Romanæ eiusque pastori subiaceo. Iã si libertatẽ, quæ res naturalis, est, & nobis inhæret, & infinities liberè agimus, explicare non possumus, quid si non clare noscamus efficacem auxilij diuini prædeterminationem? Rursus si hanc non intelligendo eius naturam fateris, cur non fatebere efficaciam? Quod in modo explicandi esset diuisio non mirarer, miror tamen quod etiam in ipso, an sit dissentiamus.

SECVN-

SECVNDA APPENDIX.

De altiſsima noſtri arbitrii comprehenſione.

PERSÆPE In hac Relectione comprehenſionis noſtri arbitrij mentionem fecimus. Vt igitur quid ſit comprehenſio abſolutè, quid altiſsima comprehenſio intelligamus non erit abs re hanc annectere appendicem. Comprehenſio apte diffinitur, vel cognitio, qua nil cogniti latet cognoſcentem: vel cognitio includens ſeu concludens cognitum, vel cognitio, qua omnia, quę ſunt in re omnimode cognoſcuntur, vel qua tota res totaliter cognoſcitur: vel qua res cognoſcitur, quantum cognoſcibilis eſt. Omnes iſtæ diffinitiones bonæ ſunt, & ſolo verborum ſono diſtinguntur. Igitur, nota terminos illos, omnimode, quantum cognoſcibilis, totaliter, duobus modis poſſe teneri: primo paſsiuè tantum, nempe ex parte rei cognitæ: Secũdo actiue, ideſt etiam ex parte cognitionis. Primo modo, etiam intellectus creatus poteſt aliquid comprehendere: imo in hoc ſenſu non repugnat creatum arbitrium ab intellectu creato comprehendi, cum participatum & creatum ſit cognoſcibile: Secundo autem modo ſolus Deus poteſt comprehendere, quia ſola eius cognitio eſt ſumma & immenſa. Quando ergo dicimus Deum comprehendere, & cognoſcere altiſsime noſtrum arbitrium, intelligendum eſt hoc ſecundo modo, qui comprehendendi modus creato intellectui incommunicabilis eſt. Vt naturam comprehenſionis iuxta præfatas diffinitiones intelligas obſerua duobus

Quid comprehenſio.

Duobus modis poteſt aliquid omnimode cognoſci.

Quid sit cognoscere totam rem, rē, & quid totaliter.

duobus modis aliquid dici quantum, vel extensum: vel totum. Primo quantitate, extensione, totalitate, molis: Secundo virtutis, seu perfectionis. In rebus extensis quantitate molis non potest res tota videri nisi totaliter videatur. Nam cum non sit illa entitas tota in qualibet parte, proculdubio, qui partem videt, non videt totam: siquidem non est simplex entitas, cuius vel nil: vel totum habeatur. At, si videat totam, videt ex consequenti totaliter; est quippe tota in toto, etsi non in quauis parte. Res autem extensa virtute seu perfectione ob sui formalem simplicitatem, aut tota formaliter: aut nihil eius habetur, & noscitu. Poterit tamen quamuis tota, totaliter tamen non videri, si non videatur tota virtualis, seu perfectionis extensio. Vnde videre totam hanc extensionem virtutis formaliter, & videre totaliter idem sunt. Explicatur hæc doctrina egregio exemplo de animo rationis cōpote. Animus enim formaliter simplex & indiuisibilis est, ac proinde ita informat corpus, vt totus sit in toto, & totus in qualibet parte: si ergo Deus mihi euidenter manifestaret animum, quatenus præscise informat pedes, eodem occulto, vt informat alias partes, totam animam viderem, non tamen totaliter. Comprehensio itaque absolutè, vt abstrahit ab altissima, & à non eminente, totam rem totaliter lustrat, & nouit. Cō-

Accomodatum exemplum pro intelligenda natura comprehensionis.

Quotuplex comprehensio.

prehensio autem altissima summum dicit comprehensionis modum, cum summa inclusione, obedientia, & subiectione comprehensi: ac proinde, qui ita comprehendit, potest rem comprehensam præuenire, determinare, sibi subijeere, & efficaciter quomodo voluerit mouere: ius tamen non dat sola altissima hæc arbitrij comprehensio, ad dignoscendos futuros consensus, ex vi solius arbitrij comprehensionis.

RELEC-

RELECTIO DE DIVINORVM AVXILIORVM EFFICACIA, IN DVAS PARTES DIVISA.

AVTHORE FRATRE BLASIO VERDV
Theologiæ Magistro, Regente, & primario Lectore
in Collegio Regio Dertosano.

Relectionis Pars Prima in qua quædam præmiales difficultates expediuntur.

QVIA Finitima est Relectioni contra scientiam mediam hæc de auxiliorum diuinorum efficacia illam annecto.

Non disputationem aggredior, vt aliquã censuram proferam contra aduersariam opinionem; sed vt simplici & integro animo Diui Thomæ sententiam defendam, & contrariam expugnem: (non ferendo censuram vt dixi) vt Diuo Thomæ opositam. Habebant Gentes apud Delphos virginem Pythiam, quæ sedens super Tripodem tuta Apollinis oraculum consulebat, & submisso in Antrum profundissimum capite, secure hauriebat spiritum subterraneum, eo que afflata (vt fabulantur) futura, & arcana prædicebat. Reliqui autem, qui caput in Antrum submittere præsumebant, vehementi spiritu correpti illico suffocabantur. Habemus & nos integerrimam virginem in Romana Tripode diui Petri se-

tri ſedentem, nimirum candidiſsimum, & ſanctiſsimum Chriſti Vicarium Paulum V. qui tutus in profundiſsimam ſpecum myſteriorum fidei caput ſubmittit, veri Dei oraculum conſulit, hauſto que, non ſubterraneo, Dæmonum, ſed Dei ſpiritu, de rebus fidei iuſtiſsimam, & prudentiſsimam fert cenſuram. Ferat igitur iſte, in eius namque verba libentiſsime aures inclinabimus, & iam modo inclinamus. Non quemcunque ſequentes ſpiritum, nam transfigurat ſe Angelus Sathanæ in Angelum lucis; ſed Pontificem ſummũ, quem vt fideliſsimum interprætem eligit Spiritus Sanctus, volens vt ipſum tanquam ſpirituũ diſcretorem cõſulamus. Hinc Acto. c. 15. habetur. Viſum eſt enim Spiritui Sancto & nobis &c. Nẽpe, vt non omni ſpiritui crederemus, ſed conſuleremus Pontificem Summum, diuinorum myſteriorum oraculum infallibile. Caue ergo ne dicas: viſum eſt Spiritui Sancto & mihi: nam quamuis, ſi illi viſum eſt, bonum ſit, dũ tamen addis mihi, negotium ſub ſuſpicione relinquis, quia tu nõ es Spiritus Sancti infallibilis interpręs, ſicut Pontifex. Nobis igitur, maximè dum ipſe Pontifex præcipit, à cenſura abſtinendum eſt, ne contingeret incaute caput in ſpecũ mittentibus ſuffocari. Iam quia perſepe diſputationis vis vrget, atq; inflammat, & interea ad aſperè, ſeu acerbè dicẽdum, aſſumendũ, & interrogandum impellit, iam nunc veniam peto, ſi contigerit fines modeſtię præterire. Non itaq; aduerſariam opinionem condẽno, ſed mente ſuſpenſa ſum, ad omnia quæ de illa & circa illam Eccleſia Romana declarabit credenda paratus.

D. Thomas. Pſal. 94.

Aggredior veſpertinã meam Relectionẽ, ab inuitatorio, à quo exorditur D. T. ſuum 3. lib. con. gen. efficaciæ diuinæ voluntatis, ſuprẽmiq; eiuſdã dominij propugnatorẽ in hũc modum. Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes Deos. Quoniã non repellet Dominus plebem ſuã: quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & altitudines montiũ

ipſe

Digitized by Google

ipſe cõſpicit. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe feçit illud, & ſiccam manus eius formauerunt. Hoc inuitatorio, vt elegãter probat D. Thomas ibi, fatetur cum Dauide Eccleſia efficaciã diuinę potentię & prouidentiæ, & vniuerſale dominiũ ſuper omnes creaturas, etiã ſuper noſtrã voluntatẽ.

Sit igitur conſtitutum ſtatim quaſi in limine diſputationis, vt certum fidei dogma. In hoc matrimonio animæ cum Deo vtriuſque ſponſi conſenſum requiri. Vnde etſi certa fide tenendum ſit non poſſe hominem ſe diſponere ad huius cœleſtis ſponſi nuptias, & oſcula ex viribus naturæ: requiritur quippe oleum gratiæ, quo deficiẽte virginibus fatuis, inanes fuere dimiſſæ: at diuinis auxilijs non quaſi vnco rapiamur (oleo namque comparantur auxilia: quatenus ſuauiter influunt) ſed liberè flectimur, & inclinamur: ita vt cum infallibilitate conuerſionis aptè cohæreat libertas, & poſſimus reſiſtere, ſi velimus. *Dogma fidei delibero noſtro conſenſu in iuſtificatione.*

Etiam moneo Theologum, vt conſulto inuitatorio conſideret noſtrum arbitrium, cum ſit creatum, & per participationem ab arbitrio per eſſentiam, non ita noſtrum eſſe vt à diuinis influxibus ſe ſubducat, & à Dei ſe præripiat prouidentia. Attingit enim à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Fortiter dixit, vt notaret efficaciam: & vt coactionem excluderet, ſubiunxit: diſponit omnia ſuauiter, Si arbitrium noſtrum, etiam vt arbitrium, non eſt in illo genere primum, ſed arbitrio per eſſentiam, non violenter, ſed ſalua ſuę libertatis natura ſubordinatum, non abeo, patietur violentiam in ſuo libero motu: ſicut nec in ſuo motu lapis tendens deorſum. Violentia enim infertur à paſſo, cui nõ à natura ſubordinamur: hoc dico, niſi velis noſtrũ arbitriũ eſſe ſimpliciter primũ motorẽ, quod lumini naturali repugnat vide D. T. 1. p. q. 83. ar. 1. ad 3. Poſſe cũ efficacia auxilij noſtrã libertatẽ cohærere, atq; cõcilia ri elegãtiſsimè demõſtrat D. T. 12. q. 6. ar. 1. ad 1. & ad 3. q. 9. &

quæstione 10. articulis vltimis, & in hac conciliatione versabitur nostra Relectio.

Prima Conclusio.

Deus non tãtum dat esse virtutẽ conseruat, sed etiam applicat causas 2. ad operãdum. Io. 5. Luc. 12. Actо. 17. Ierem. 1. Io. 15.

DEVS Concurrit cum causis secundis ad actiones ipsarum: non solum quatenus causas secundas in esse produxit, virtutem agendi dedit, sed etiam quatenus cum ipsis ad omnes actiones concurrit, in eas influit, & applicat, & simultaneo concursu, concurrit. Vnde sententia durandi vltimæ parti nostræ conclusionis aduersaria, erronea est. Constat ex illo Ioan. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Luc. 12. Fœnum, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit. Actо. 17. In quo viuimus mouemur, & sumus. Iere. 1. Priusquam te formarem in vtero noui te. Ioan. 15. Sine me nil potestis facere. Et primo: sine ipso factum est nil. Ratione ita suadetur. Nã sicut omnia creata entia pendent in sua entitate ab ente per essentiam: ita omnia creata agentia pendent in agendo ab agente primo, quod est tale per essentiam. Certè si effectus causæ secundæ, & actio non penderent in suo fieri à Deo, neque penderent in conseruari. Mox: sequeretur, vel idem esse sub eadem ratione in actu, & potentia: vel causam creatam esse purum actum. Quomodo enim se primo actuat, & applicat?

D. Thomas.

Tandem: nam ex eo est vbique per potentiam Deus. Vide Diuum Thomam 1. par. quæst. 105. art. 5 ad 3. & 3. con. gen. c. 67. & 1. 2. quæst. 9. articulo. 4.

Secunda

Secunda concluſio.

DEVS non concurrit cum cauſa ſecunda, quatenus cauſa ſecunda, aut aliqua actio tranſiens, vel motus receptus in cauſa ſecunda ſit medius inter Deum,& effectum,ſicut agens creatum dicitur media actione tranſeunte formaliter recepta in paſſo agere: non, inquam, Deus ita agit, ſed immediatè, ſine actione tranſeunte in paſſo recepta,per efficaciam ſuæ voluntatis omnia attingit. Hæc concluſio conſtans eſt in doctrina Diui Thomæ perpetuò aſſerentis, Deum non pendere in cauſando ab aliqua actione tranſeunte in paſſo recepta. Vnde, quando dicitur,quod Deus concurrit cum cauſa ſecunda, ad effectus cauſæ ſecundæ, eadem actione, & concurſu, non hoc intelligitur, quatenus ille concurſus ſeu motus, ſit actio Dei tranſiens in nobis recepta:ſed, quia ad modum actionis exprimitur,ſeu eſt veluti obiectiua actio Dei, volentis ex parte effectuũ hoc eſſe propter illud:ita vt mediatio ſit tantùm ex parte effectuum,non autem, quaſi mediet actio tranſiens inter Deum,& effectum:niſi illum concurſum receptum in nobis actionem tranſeuntem eminenter appellares.Iam iſtæ actiones,ſeu potius effectus Dei,etiam vt ſunt quaſi actiones Dei non tranſcendunt omne genus,ſed certæ cathegoriæ addicuntur, tam ex parte ſuæ entitatis, quam exparte ſpecificantis principij, quod vt præhabet diuerſas idæas, poteſt dare varias ſpecies: entitas autem participata eſt. Iam non nego quod aliquid creatum, poſſit vt quo eſſe extra omne genus, & vt quod intra genus: nam conſecutio ſummi boni in patria, vt quo eſt ſummum bonum: relatio realis naturę humanæ in vnione

Secunda cõcluſio.

Deus nõ agit per actionem trãſeũtẽ in nobis receptam.

Digitized by Google

etiam est infinita vt quo. Nam istę relationes respiciunt Deum cum sua plenitudine, & non vt stat sub hac vel sub illa ratione ideæ. Itaque Deus non agit per actionem temporaneam transeuntem, quæ mediet, & in effectu recipiatur. Quinimo ab æterno habuit formalissimè actionem creandi mundum, quæ transiens dicebatur, quoad effectum seu eminenter. Sed iam, quid si formaliter? Arbitror enim quòd de ratione analoga actionis formalis transeuntis non sit eam recipi in passo, sed habere effectum ad extra, non semper illico atque est actio, sed suo tempore. Quod igitur actio transiens recipiatur in passo prouenit, quia est actio causæ creatæ, ex quo etiam fit quòd semper habeat cuniunctum effectum. At de ratione actionis formalis transeuntis increatæ non est quòd excipiatur in passo, sed quòd habeat effectum adextra, non illico atque est actio, sed suo tempore: fuit enim ab æterno actio creandi mundum, non tamen creatus mundus, quod prouenit ex efficacia, & libertate actionis increatæ respectu effectuum ad extra. Cùm enim ab æterno sit actio creandi, effectus sequitur in tempore, quando vult, & quomodo vult Deus.

Datur in Deo actio formaliter transiens.

De communi ratione actionis trã seuntis non est inhęrere passo.

Dices. Deus non est ab æterno agens adextra, neque ab æterno creans, aut causans: ergo neque datur ab æterno actio, vel creatio. Antecedens constat. Consequentia probatur: nam si adest forma, adest paronymum: si abstractum, adest concretum; si forma actu existens, & in hærens, vel quasi inhærens aliquam dat sub iecto denominationem: nam prædicatur de illo, non equidem in abstracto, sed in concreto. Quidam neotericus in sua Metaphysica vehementer extorquetur vi huius argumenti, ipsum autem non omnino dissoluit. Nos igitur respondemus primo negando consequentiam, & ad probationem dicimus, quòd quando concretum

Ab æterno datur actio creandi, etsi Deus non dicatur ab æterno creãs.

Digitized by Google

eretum nouum modum relationis importat, qui non dicitur per formam, non oportet, si adest abstractum, adesse concretum. Iam creans, vel causans connotant respectum ad effectum, qui actu producitur, quem non ita dicit actio creandi æterna, cùm respiciat effectum futurum in tempore: datur itaque actu actio, & non actu agens. Respondemus secundo, quòd iam ab æterno datur paronymum, concretum, & denominatum creationis: non planè terminatione eadem, quatenus à creatione dicatur creans, & ab actione agens: nam, vt habemus ex logicis institutionibus, non oportet formas semper habere huiusmodi paronyma: sed in re. Concretum ergo creationis erit habens creationem, vel actionem: nisi iam velles metaphysicari dicendo quòd Deus est ab æterno creans signatè, non autem exercite, quia non habet actu terminum, seu effectum.

Quomodo actio creandi existens in Deo ab æterno non denominet ab æterno Deum createm.

Respondemus vltimò, formas esse in duplici differentia, quædam enim denominant naturaliter, & necessario, & ex harum vnione cum subiecto semper consurgit denominatum, seu concretum: aliæ verò ob sui efficaciam denominant liberè, & istę adesse possunt, quantumuis non adsit actualis denominatio, seu paronymum, & hoc modo creatio æterna, est nata denominare Deum creantem. Ex dictis poteris colligere, quo modo Deus sit, vel non sit causa immediata. Si enim immediata dicatur, quatenus solus agit, vt in creatione, non est cuiusuis effectus causa immediata, nisi quatenus in omni effectu includitur aliquid creatum: teste D. Thom. 3. cont. g. cap. 68. Rursus si dicatur immediate influere, quatenus non mediat actio transiens, aut alia causa, qua deferatur, & à qua pendeat virtus diuina, respectu omnium est immediata causa immediatione virtutis: teste D. Tho. tertio con. g. c. 70: suppositi, autem non in

Quomodo Deus mediate, & non immediate concurrat.

sensu

ſenſu formali, ſed ſpecificatiuo, vel materiali, quatenus actio Dei eſt Deus: in ſenſu autem formali, nequaquam ſemper, vt dixi, alioqui non conſtaret, quomodo Deus, & cauſa ſecunda eſſent diuerſi ordinis: vel nulla cauſa ſecunda ageret immediate, immediatione ſuppoſiti. Iam ſuppoſitum creatum non mediat, quatenus Deus eo indigeat, vel ab eo pendeat: ſed indigētia ex parte effectuum interſe exponenda eſt: maximè cum Deus ſe ſolo poſsit omnia facere: & eminenter intimior ſit nobis, quam nos ipſi. Et quod mediet inter Deum & aliquem effectum modo præfato aliqua cauſa ſecunda habes ex D. Thom. 3. con. gen. cap. 69. ad ipſum verò eſſe producendum ſemper concurrit omnimode immediate, quatenus non mediat alia cauſa præcipua. Nec hinc cum quibuſdam male inferas actum eſſendi creari: nam, etſi ſit à ſolo Deo, vt à cauſa præcipua, eſt tamen etiam à cauſa creata, vt ab inſtrumento, vt habes ex eodem D. Tho. 3. cont. gent. cap. 66.

D. Thomas.

Tertia concluſio.

PER modum cuiuſdam ſimplicis immutationis omnis cauſa ſecunda prius natura quam agat, immutatur, & actuatur à cauſa prima. Vt intelligas, nota, quod nulla cauſa ſecunda poteſt agere, niſi in ſe aliquam patiatur mutationem, quatenus ide non cauſa actu conſtituitur cauſa. Iam in hac mutatione ſimplici fieri debet reſolutio in cauſam primam: nam, ſi in cauſam ſecundam, iam non eſſet cauſa ſecunda, ſed prima. Deus itaque tripliciter agit. Primo per hanc ſimplicem immutationem, qua cauſa ſecunda conſtituitur ſub vltimo complemento per

modum

modnm actus primi. Secundo producendo actionem ipsam transeuntem causæ secundæ cum causa secunda. Tertio producendo effectum. Discrimen inuenitur: nam primum solus Deus facit, & saltim prioritate naturæ ex hac parte Deus prius aliquid facit, quam causa secunda. At, si fiat sermo de actione vel de effectu, non obstante subordinatione ad causam primam: simul etiam natura attingitur effectus, & actio à causa secunda & Deo. Ridiculum enim est asserere, quòd Deus prius natura faciat meam visionem, quam ego, aut quòd prius natura faciat meum consensum, quàm mea voluntas, estò à voluntate non fiat, nisi cum subordinatione ad causam primam. Prioritas ergo est subordinationis, & depẽtiæ, non autem temporis, vel naturæ, si propriè loquendum sit.

Hinc quãuis cõcursus Dei siue naturalis siue supernatu-
lis, qui cum actione à voluntate elicita in ratione consensus identificatur semeliam suppositа prima illa simplici immutatione nõ dicitur cum rigore auxilium sed concursus: immò eo ipso, quòd dicitur concursus non est à solo Deo, ex quo patet quomodo concursus Dei non debeat dici speciale auxilium, de quo modo loquimur. Dixi in ratione consensus. Nam si actio voluntatis consideretur vt etiam natura præuenit consensum, & non tantum ordine, qualis est actio initiatiua, in qua agitur voluntas, benè potest talis actio seu motio dici auxilium simpliciter præuium, & efficax: estò accedente deinde in alio posteriori naturę nostra libera determinatione, actio, quæ non erat in illo priori libera, constituatur libera, & in ratione consensus nostri in alio posteriori naturæ, Satis itaque non est ad explicandam efficaciam auxilij ad hunc concursum vt simultaneum prioremq; tantum ordine, & nõ natura recurrere, sed saltem ad illam primam immutationem: nam si de actione voluntatis nostræ loquamur nec in aliquo priori naturæ intelligitur Deus agere,

Cõcursus simultaneus omnino, non dicitur cũ rigore auxilium.

Prioritas puræ subordinationis non est satis ad rationẽ auxilij.

quàm nos: estò agamus necessario, possumus autem intelligere, & ita est, quòd prius voluntas eliciat actionem in qua solùm agatur, quàm quòd ipsa liberè agat consentiendo tali motioni. Non ergo Deus tantùm dicitur prædeterminare, quatenus voluntas non se prædeterminet, nisi cum subordinatione ad causam primam: hoc enim nec negat aduersarij, sed quatenus prius saltim natura, quam voluntas consentiat, à Deo efficaciter ita immutetur, vt salua libertate sit consensus infallibiliter futurus. Nam prædeterminatio, quæ est tantum per puram subordinationem in eodem instanti naturæ, facit sensum compositum in actu secundo. Et quis dicet, quod supposito consensu, possit non consentire? De hoc itaque non est controuersia. Vnde minus rectè quidam Thomista explicans physicā præmotionē auxilij confugit ad eam, quæ tantum prioritate subordinationis est prior. Nec nobis placent, qui dicunt hanc præmotionem efficacis auxilij in omni sensu relinquere facultatem indifferentem: hoc quippe non esset determinare, sed indeterminare. Efficaciam itaque habet auxilium diuinum independenter à nostra non resistentia, quam potius respicit vt fructum. Aut dicat mihi iste Thomista, si efficax præmotio relinquit omnimodam, & in omni sensu indifferentiam, à quo habeat voluntas, vt se determinet? Nam quamuis formaliter & per modum actus secundi se ipsam libere determinet, quæ determinatio est fructus efficacis auxilij: at per modum actus primi ab auxilio prædeterminatur. Mox sine causa diseruciaremur quærendo an voluntas resistat, vel non, si inuitans, & efficaciter instigans auxilium cum indifferentia mouet omnimoda: nam nisi adsit aduersarius, non adest resistentia. Certè prædeterminatio, quam iste noster recentior Thomista nouit, imprædeterminatio est, & ita quos impugnare instituit, amplexatur. Nec satis est dicere tacita retractatione purgan-

Taxatur quidā Thomista.

Auxilium diuinum non relinquit omnimode facultatem indifferētē.

Digitized by Google

purgando præfata, procedere ex indifferentia, quæ inuenitur in voluntate diuina (esto ipsa præmotio sit determinata ad vnum) quod præmotio dicatur indifferens, indifferentemque relinquat voluntatem. Quid est obsecro istud resplendere in præmotione diuinæ voluntatis indifferentiã? Nonne etiam splendet in multis alijs effectibus? Certè hæc doctrina libertatem Dei saluat non nostram. Nec sufficit asserere quod in eodem instanti, in quo recipitur præmotio, in vtroque sensu possit ei resistere voluntas, quia habet quandam simultatem cum receptione præmotionis. Nam vel intelligitur, quatenus possit resistere impediẽdo etiam receptionem (quod nemo affirmabit) vel quatenus iam receptæ potest non arridere, ac proinde iam supponit præmotionem.

Constituenda ergo est prædeterminatio efficax, prior natura saltim consensu, quæ ad vnum determinet efficaciter, non necessitate coactionis, seu ea, quæ opponitur libertati, sed necessitate infallibilitatis. Nec est hęc infallibilitas, ita pura necessitas consequẽtię vel illationis, sicut illa, qua labi in peccatum sequitur negationem auxilij, sed aliquid habet, de necessitate consequentis: influit quippe antecedens præmotio & ad consensum infallibiliter prædeterminat. Nec videatur repugnans admirabilem illam præmotionem relinquere arbitrium indifferens indifferentia, quę opponitur coactioni libertatis: & quod ipsum ad vnum determinet infallibiliter. Hanc distinctionem, vt dixi sępe, habes ex D. T. 12. q. 112. art. 3. in corpo. vbi duplicem hanc necessitatem nouit, coactionis sub qua comprehendit naturalẽ, & infallibilitatis. Et hæc est distinctio, quæ aduersariorum tela propulsat, & nostram doctrinam sustentat. Et aduerte quod respectu arbitrij est coactio quæuis necessitatio impediens libertatem, esto actus omnino necessarius, possit esse non coactus, respectu voluntatis vt naturæ.

Prædeterminatio nõ tantum per prioritatẽ subordinationis explicanda est.

D. Thomas.

Pro diuini auxilij efficacia

Quarta concluſio.

PRæfata ſubordinatio cauſarum ſecundarum ad cauſam primam non eſt ſatis, vt ſemper dicantur cauſæ ſecundæ inſtrumenta cum omni rigore ipſius cauſæ primæ. Cõſulto dixi, cum omni rigore: nam communi quadam ratione ſemper cauſæ ſecundæ reſpectu cauſæ primæ redolent aliquid cauſę inſtrumẽtalis. Probatur cõcluſio. Quia perſępe cauſæ ſecundæ agunt per formam proportionatã effectui: vt quando leo generat leonem: ergo tunc concurrunt vt cauſæ præcipuæ. Iam, ſi in effectu conſideres ipſum eſſe, cauſa ſecunda non niſi vt inſtrumentum Dei producit eſſe: formam vero attingit vt cauſa pręciqua. Vide D. Thomam 3. contra gentes cap. 66. & de lib. arb. q. 24. ar. 1. ad 5.

D. Thomas.

D. Thomas.

Quinta concluſio.

SImplex illa immutatio, quę natura ſaltem præcedit noſtrum cauſare, vel agere, non ſemper eſt aliqua qualitas impreſſa à Deo, quæ ſit virtus agendi ſed quidam entitatis modus per modum motus. Ab aliquibus probatur hæc concluſio ſic: quia ſi eſſet virtus, hæc rurſus indigeret alia applicatione, daretur q; proceſſus in infinitum. Sed tamen hæc ratio non vrget: nam eo ipſo, quòd illa virtus daretur per modum motus & applicationis, non indigeret alia applicatione. Sicut nec creatio paſsiua creatur per aliam creationem: nec relatio per aliam relationem refertur. Aliter igitur probatur concluſio in hũc modum. Ad actiones & effectus proportionatos virtuti naturali ipſius cauſæ habet cauſa virtutem requiſitam ergo, &c.

Con-

Digitized by Google

Conclusio Sexta.

APplicatio causæ secundæ ad operandum non fit per actionem transeuntem, in passo, in quod ipsa causa secunda agit receptã. Probatur, quia applicatio agenti creato hæret, cum sit eius immutatio, & non passo, in quod agẽs creatum agit: verum nihilominus est, quòd hæc eadem applicatio potest realiter identificari cum actione transeunte inhærente passo. Eadem enim actio, quæ in passo recipitur, exiuit ab agente. Semper quippe apud me ridiculum fuit, quòd ignis calefaciens aquam, ipsam calefactionem vel calorem receptum in aqua, educat de potentia aquæ, & non potius de suo sinu. Calor itaq; vere transmittitur, & actio verè traijcitur ab igne in aquam: alioqui causæ secundæ non attenuarentur, nec imminuerentur, aut defatigarentur agẽdo. Vulgari argumento insurges: fieri consequens quòd migret accidens de subiecto in subiectum. Respondeo, aliquã portionem substantiæ deuolui cum calore. Iam: quid si dicamus migrare, quãdoquidem nullũ sit instans, in quo nõ inhæreat subiecto alicui: hoc enim non est inconueniens. Certè non minus pendet in suo existere materia à forma, quàm accidens à subiecto: & migrat de forma in formã, dum tamẽ nullum sit instans, in quo non hæreat alicui formæ. Vide D. Thomam 3.p.q.62.art.3.ad 2. Prior solutio nihilominus securior est, si credimus D. Tho. 3. con. gen. c. 69. nam quod dicit 3.p. intelligitur de vi instrumenti, quæ potius videtur astistere, quam inhærere: aut saltim inhæret per modum transeuntis, quod non plene indiuiduat.

6. *Conclusio*

Applicatio per mutationem receptam in causa, quę applicatur, fit

Calor non educitur de potentia aquę.

Possit ne accidens migrare de subiecto in subiectum.

Septima Conclusio.

SI concursus Dei pro actione increata ad intra vsurpetur, vnus idemq; est saltem re, quo cum omnibus causis secundis

7. *Conclusio*

Multa habes hic de causa instrumentaria: eiusdem varia eleuatio à causa præcipua explicatur.

secundis concurrit, esto ratione sit multiplex. At si fiat sermo de concursu Dei realiter recepto, multiplex est realiter, sicut multæ causæ & effectus. Sed tamen pro intelligentia huius receptæ applicationis, seu cõcursus, & quomodo agat instrumentũ, & vt melius intelligantur omnia præfata, nota, quòd interea instrumentũ, quod assumitur, habet, vt præintelligitur assumptioni, ac eleuationi, virtutẽ ad attingendã immediatè substantiã effectus, non autẽ modũ & formã eius: in quo sensu penna dicitur instrumentũ scribendi. Et tunc vna & eadẽ est actio instrumẽti & præcipuę causæ agentis per instrumentũ, diuersa ratione tamen. Nam vt facit formã & modũ effectus, instrumentũ tantũ passiuè defert illam: at vt substantiam, elicit actiuè: & ita elicere est dispositiuè concurrere ad præcipuũ effectũ quò ad formã eius. Non enim est inconueniens, quòd eadem actio sub diuersa ratione concurrat dispositiuè ac præcipuè. Aliquãdo verò potest instrumentum non immediatè attingere substãtiã effectus, sed quatenus dispositiuè aliquid facit, ad quod sequitur actio causæ præcipuæ faciens effectũ: vt instrumẽta, quæ concurrunt in generatione hominis, dispositiuè attingunt non substantiã animę, sed quò ad vnionem. Et tunc actio causæ præcipuæ & instrumenti omnino differunt. Ali quando verò causa, quæ eleuatur, vt præintelligitur eleuationi nullam habet virtutem proportionatam vel substantiæ, vel modo effectus, vel dispositioni ad illum vt sic: estò habeat aliquam remotam congruentiam. Vt quando effectus etiam quò ad substantiã est simpliciter ordinis supernaturalis. Et tunc non eleuatur per solũ motũ seu applicationem, qui à virtute seu entitate præexistente dumtaxat modaliter differat, sed per aliquam qualitatem, estò non semper communicetur per modum permanentis seu qualitatis, sed per modũ motus vel auxilij (si velis defendere quòd eleuetur per applicationem, & non recipiendo nouam qualitatem,

litatem, sed quatenus quæ connaturalis erat per applicationem constituatur in ratione supernaturalis per modum transeuntis, poteris ita sentire in applicatione sacramentorum tamen.) Quæ qualitas si sit ad dispositiuè cõcurrendũ, vel ad solam substantiam præcipui effectus, non trahet causam eleuatam ab ordine causarum instrumentalium. At si attingat etiam formam præcipui effectus erit reuera causa præcipua. Esto interea motus, quo eleuatur sapiat rationem instrumenti, vtpote si eleuetur per formam datam ad modum motus, siue applicationis. Constant hæc. Nam si detur lumen gloriæ per modum trãseuntis vel auxilij, vt in raptu Pauli, concurrit nihilominus intellectus vt causa præcipua. Ex his collige quomodo per solum auxilium, quòd non sit qualitas non eleuetur aliqua causa ad effectum, cuius substantia est ordinis altioris. Si enim instrumentum est substantiam solam attingens, effectus, debet habere virtutem substantiæ proportionatam: si causa præcipua, debet etiam formæ effectus habere virtutem proportionatam: si autem esset instrumentum non immediatè attingens effectum, sed dispositiuè remota dispositione, quæ ex sola ordinatione esset eiusdem ordinis cum præcipuo effectu, posset præhabere virtutem illam sola ordinatione mendicata: at si non ex sola ordinatione, sed ex suâ constitutione esset dispositio eiusdem ordinis cum præcipuo effectu; virtutem etiam haberet per eleuationem.

Raptus, Pauli intellectus nõ vt instrumentũ eliciebat visionem.

Auxilium qualitas est.

Octaua conclusio.

IN causis omnino naturalibus & necessarijs non requiritur applicatio, vt determinans indifferentiam causæ secundæ: sicut requiritur in causis liberis. Constat: nam sunt determinatæ ad vnum absque vlla indifferentia. 8. *Cõclusio.*

Nona

Pro diuini auxilij efficacia

Nona Concluſio.

9. Concluſio REquiritur in cauſis liberis applicatio, qua tollatur indifferentia. Sed tamen animaduerte indifferentiam cauſæ liberæ, vt actioni præintellectam duobus modis poſſe prędeterminari ante ipſam actionem. Primo infallibiliter: & hæc prædeterminatio non impedit libertatem: ſecundo ita, vt auferatur indifferentia ad libertatem requiſita per modum actus primi, & hæc libertatem euertit. Quoad primam determinationem poteſt arbitrium ſe habere paſsiue: ſecunda vero eſſe non poteſt cum libertate: quinimo ſe ipſam determinat libertas per actionem ipſam, quatenus per ipſam, ſub diuerſa tamen ratione, ſe applicat ad agendum: & agit etiam. Concurrit nihilominus ad hanc determinationem, quę fit per actionem ipſam, cauſa prima, quatenus ſecunda non ſe determinat, nec applicat, niſi cum ſubordinatione ad primam modo dicto: hæc autem determinatio non differt à conſenſu realiter.

Duplex prędeterminationis modus.

Decima Concluſio.

10. Concluſio. INdifferentia libertatis actiua eſt. Antequam concluſionē probes, obſerua indifferentiam libertatis dupliciter poſſe conſiderari. Primo quatenus reſpicit eam prædictam determinationem auxilij diuini efficacis, cum quo eſt infallibiliter coniunctus conſenſus, ſalua ſemper & integra libertate: ſecundo quatenus reſpicit determinationem, quam diximus fieri ab arbitrio per ipſum met conſenſum. Si primo modo vſurpetur, aliqua ratione dicitur indifferentia libertatis noſtræ paſsiua abſq; vlla arbitrij iactura. Paſsiua inquam, quatenus præveniendo conſenſum, etiam liberum arbitrium ita prævenit, & ſuauiter prædeterminat, vt infallibiliter ſit ſe ipſum

Qualis ſit indifferētia libertatis.

se ipsum prædeterminaturum ad consensum: quod non est aliud quam efficaciter facere, vt voluntas se ipsam determinet: est, in quam ad præterminationem prædetermina re. At, si secundo modo consideretur indifferentia libertatis actiua est.

Aliqua datur prædeterminatio voluntatis, ei non subiacens, quę libertatē non offendit.

Ex his poteris intelligere quo modo, etsi aliqua prædeterminatio voluntatis necessitatem infallibilitatis inducens, non subsit voluntati, quoad hoc, quod est eam recipere, cum possit nihilominus, attenta suâ actiua indifferentia, repellere, non offendat libertatem. Nam predeterminatio, quæ est ab auxilio præuio efficaci libertatem præuenit absque illius iactura. Vnde negandum est indifferentiam li bertatis nullo modo esse passiuam: & rursus etiam est negandum quod omnis prædeterminatio voluntatis quæ libertati non subest, quò ad suum recipi, libertatem impediat. Nam satis est quod eatenus subsit, quatenus stante tali prædeterminatione infallibilitatis, nō adsit coactionis necessitas, sed potius indifferenria ad libertatem requisita, qua potest agere, vel non agere: esto infallibiliter sit actura. Itaque illa suauis prædeterminatio non ita prædeterminat, sicut determinatur voluntas in motibus necessarijs, seu infallibiliter, quatenus ita tangit, ita pungit, ita instigat: etiam physicè, vt omnia impedimenta se diuertendi auferantur, tam intima quam externa. Nam, etsi ad posse agere, vel non agere: consentire, vel non consentire satis sit indifferentia libertatis: at, vt defacto & infallibiliter sequatur actio seu dissensus requiritur, vt non sint ablata omnia impedimenta, que infallibiliter poterant impedire dissensum, seu non consensum.

Quid infallibilis prædeterminatio.

Quomodo intelligatur difinitio libertatis.

Ex his etiam colligitur diffinitionem illam potentiæ liberæ, qua diffinitur: quæ positis omnibus requisitis ad agendum antecedenter, potest agere, vel non agere, veram esse, etiam in sensu compositio. Nam sensus composi-

Duplex sensus compositus.

tus duobus modis potest vsurpari. Primo, quia implicatur potentia explicata in actum, in quo sensu necesse est, Petrum ambulantem moueri. Secundo modo potest aliquid esse necessarium in sensu composito: quia ex parte potentiæ implicatur aliquid præuium ad actionem, quo determinatur potentia ita, vt necessariò sequatur actio. Iam hæc determinatio dupliciter potest euenire. Primo, ita vt intimè impingat necessitatem potentiæ, qua ratione determinatur voluntas in actionibus non liberis. Secundò potest talis præuia determinatio euenire, ita vt solam necessitatem infallibilitatis inducat. Si ergo hoc vltimo modo implicetur sensus compositus, non impeditur libertas, quantumuis illud prædeterminans se habeat antecedenter ad actionem: imo hac prædeterminatione stante, potest voluntas agere, vel non agere. Hæc enim duo bene cohærent: videlicet voluntatem in sensu diuiso, & composito posse resistere, quatenus nec intelligitur explicata in actum, nec implicatur ex parte potentiæ aliquid præuium, à quo habeat necessitatem (estò infallibilitatem) & quòd nihilominus in alio sensu composito, qui inuoluit aliquid infallibiliter determinans, non possit non subsequi actio infallibiliter.

D. Thom.

Nec est contra nos D. Thomas de verit. q. 24. art. 1. ad 13. de lib. arb. q. 24. art. 1. ad 13. quando asserit necessitatem consequentis tollere libertatem, non autem tolli per necessitatem consequentiæ: nam loquitur D. Thomas de necessitate consequentis, quæ prouenit à principio antecedente, & necessitante potentiam plusquam infallibiliter, vt in motibus non liberis, non autem de ea, quæ prouenit à præuia motione, solam necessitatem infallibilitatis inducente. Hanc distinctionem de necessitate infallibilitatis, & de necessitate coactionis habes ex D. Tho. 1. 2. quæst. 112. art. 3. in c. & complectitur sub necessitate coactionis necessitatem naturalem.

Quæ necessitas consequentis tollet libertatem.

D. Thom.

Vndeci-

Vndecima conclusio.

11. Conclusio. *Consule pro hac conclusione quæ habentur. infra. 99.*

VVoluntas dicitur libere consentire, seque determinare, vel quatenus resistere potest, etiam absque actu modo insequētibus explicando: vel quatenus impulsus, & instigationes præuias determinat, non vt perfectius imperfectum, sed: è conuerso, nec determinat talem motionem, quasi vt est à Deo non respiciat determinatū obiectū, nec sit determinatæ speciei: est vtique instigatio ad tale bonum. Sed determinat, vt sit consensus, qui interea terminari potest ad malum morale, instigatio autem, vt à Deo, nequaquam. Iam cum in his, quæ sunt ordinis gratiæ, non tantum vt cunque instigemur, sed specialiter moueamur ad tale bonum vt D. Thomas ait 1. 2. q. 9. art. vltimo ad 3. proculdubio dicetur in his libera voluntas ad resistendum, quia saltim potest suspendere actionem, seu suum consensum, quod si non faciat, liberè sequitur motionem Dei, & ei cooperatur: potest autem resistere: quia, quæ prędeterminant, infallibilitatem inducunt, non autem necessitatem. Etiam interea positiuo actu resistit, si tangatur sufficienti, in quo actu, si attendas habitudinem ad bonum, seu vltimum finem, subordinatur voluntas Deo: at ad determinationem eiusdem, vt malus est, nullo modo concurrit Deus. Omnia ista facilius componuntur, & explicantur, si vera est illa sententia, quæ asserit, quòd nostra libertas nullam in actu entitatem, vel modum entitatis addat, sed solam extrinsecam denominationē à causa, quę taliter agit, vt posit non agere. Determinabit vtique se, aduenientе illa denominatione, quę aduenіet, cum primum animaduertit, vel animaduertere potest, & tenetur: & hoc obseruādo non bene dirigit illos impulsus, vel renixus. Hæc intellige, non quatenus libertas non sit aliquid intimum in facultate & actu: sed quatenus intimū requirit necessario præfata: vt liberum constituat.

Pro diuini auxilij efficacia

Duodecima concluſio.

12. *Conclu.*

QVamuis nullum ſit inconueniens affirmare prædeterminari à Deo noſtram voluntatem præuia motione, ad omne opus bonum morale ordinis naturalis: probabilius tamen dicitur aliquod opus moraliter bonum ordinis naturalis, quatenus intra limites naturæ manet (nam ſi ad gratiam ordinemur prædeterminamur à Deo) fieri poſſe interea ſine præuia determinatione ſpeciali: ſed ſatis erit generalis concurſus inſtigans, & ſimultaneus, qui in propriè dicitur prædeterminare, quatenus prioritate ſubordinationis eſt à Deo, quàm à nobis. Probatur, nam habet proportionatam virtutem. Hanc doctrinam videtur indicare Paulus ad Rom. c. 6. vt optime colligit ſapientiſsimus magiſter Raymundus Paſqual filius noſtri conuentus Barchino. ſuper hoc c. & ſuper c. 7. verba Pauli ita habent. Gentes naturaliter quæ legis ſunt faciunt. Idem habet D. Tho. 1. 2. q. 5. ar. 5. cor.

Paulus ad Rom. 6.

Decimatertia concluſio.

AD opera moraliter mala Deus non prædeterminat noſtram voluntatem: & oppoſitum aſſerere impium eſt, & blaſphemum. Imo nec per ſimultaneum concurſum dicitur concurrere, aut determinare Deus ad malum, cùm ſit ipſe ſummum bonum: ſed in hoc voluntas eſt primum defficiens: & primò ſe ipſam determinat, quòad malitiam moralem, ita vt quantum ad hoc ſit prima, Deo que non ſubordinata, quin potius ab eius ordine ſe ſubduducat. Iam, ad ſubſtantiam actus, cùm primum ei inhæret malitia, non inſtigat Deus, nec inchoat, ſed conſeruat, ſeu perſeuerat in eius cauſatione, quam entitatem non ſequitur malitia, vt eſt à Deo, ſed vt ab arbitrio creato

Digitized by Google

creato. In omni itaque actu malo, etiam odio Dei vt licet colligere ex D. Thoma in dist. quæst 1. de verit. art. 1. ad 2. inuenitur participata inclinatio in vltimum finem, & inchoatio substantiæ illius actus poterat bene dirigi, & gubernari ab arbitrio. Nam detestatio nocentis, seu naturalis auersio ab infligente pœnam, gubernari bene poterat, ita vt non esset odium Dei.

Vltima Conclusio.

Vltima conclusio.

NEC Prædeterminat nos Deus ad actum peccati motione præuia, cùm primum ei conuenit malitia, etiã si consideres substantiam actus purè materialiter, estò per concursum simultaneum concurrat. Probatur: nam prædeterminare ad actum liberum, quia voluntate benè exerceri non potest, sed malè, est mouere saltim indirectè, & per accidens ad peccandum, quod Deo repugnat. Hinc Rom. 9. Peccatores male operantes dicitur Deus sustinere: homines autem bonos, seu benè operantes præparare, & disponere etiam. Videas Diuum Thomam 3. cont. gent. cap. 85. argumento 11. vbi mirificè hoc explicat. Et satis sit, hæc vel leuiter attigisse, ne, vt aiunt, manibus illotis contro siam de efficacia auxiliorum aggrederemur.

Deus nec per accidẽs est causa peccari.

Rom. 9.

D. Thomas.

RELECTIONIS PARS SECVNDA.

De auxilio, & diuisione in auxilium sufficiens. & efficax.

VARIIS Modis potest gratia vsurpari, vt videre est apud Diuum Thomam 12. quæst. 110. art. 10: Sed, vt ad nostrum attinet institutum, sumitur pro dono gratiæ collato

D. Thomas. Quid gratia.

collato nobis à Deo ob suum amorem & dilectionem. Et nota, quòd etsi omne donũ, etiam naturale, quatenus gratis donatur à Deo, possit in hac fusa significatione gratia appellari: tamen ab Ecclesia & Theologis iam gratia sumitur pro dono ordinis supernaturalis, siue sit supernaturale ex sui constitutione, siue ex ordinatione: quam quidẽ gratiam nobis Christus promeruit. Vnde à Pelagio non recedit, quicumque ait, gratiam Dei eatenus esse necessariam, quatenus etiam vires arbitrij naturales gratis donantur. Nam huius gratiæ necessitatem etiam agnouit Pelagius. in quo sensu finxit fraudulenter in quodam Concilio Palesti. suam hæresim retractasse: sed tamen. vt ait Augustinus, non hæc est gratia, quæ nobis datur per Christum, nec Christus venit ad merendum nobis has gratias naturales, sed ad merendam illam, per quam resurgimus à peccato, tẽtationes vincimus, recte viuimus &c. Et de hac gratia est sermo, non vt habitualis est, sed vt auxilium.

Fraus Pelagij in vsurpanda gratia.

Et nota discrimen inter intellectum, temperamentum naturale, & alia huiusmodi ex parte vna; quę nobis sine nobis ab auctore naturæ dantur, & sunt ordinis naturalis: & bonum vsum arbitrij ex parte alia. Nam illa quamuis naturalia dona sint, merè tamen gratis suo modo donantur à Deo, sicut & gratia: ac proinde hac ex parte, etsi non attingant, tamen non adeò recedunt ab ordine gratiæ. At vsus arbitrij noster est, & hac ex parte magis deficiens ab ordine gratiæ: ita vt nec secundum illum sit collata maior vel minor gratia Angelis, sed secundum capacitatem naturalium. Vnde vsus arbitrij quatenus præscitè à nobis est, non est ita ordinabilis ad gratiam: nec dici potest Dei donum, etiam ordinatum sicut alia naturalia. Videatur D. Thomas 1.p.q.62.art.6. ad 1.& 2.

Magis improportionatus est vsus nostri arbitrij gratiæ, quam alia dona naturalia. D. Thomas.

Per huiusmodi auxilium supernaturale aliqui nihil aliud intellexerunt, quàm ipsam actionem Dei ad intra, quæ efficax

Auxilium non est sola Dei actio increata.

ficax est ad immutandam nostram voluntatem absque alia motione in ea recepta. Hi tamen sic decepti sunt sicut quidam, qui ex eo istos impugnant, quia fieret consequens, vt omnia auxilia Dei essent æqualia. Neque enim hoc sequitur inconueniens: quinimmò adhuc cum tali opinione cohærere posset inæqualitas auxiliorum. Nam Dei actio intra saltem virtualiter est transiens, & efficacissima, ac proinde prout vult sortitur effectum. Alia ergo de causa est falsa talis sententia, nimirum, quia motio Dei, qua Deus mouet voluntatem, non solùm in volũtate excipitur, sed etiam est vis quædam actiua per modum actus primi, (quod enim sub vna ratione est actus secundus, potest sub alia esse primus) quoniam voluntas mouetur vt animatum instrumentum, & liberum, debetque interius suauiter disponi.

Quorundã inutilis cõfutatio recitatur.

Potest auxilium in communi diffiniri: motio quædam beneficium, seu impulsus supernaturalis, quo Deus nos eleuat, adiuuatque ad opera supernaturalia ordinis gratię, vel ad supernatualiter agendum. Vel ita. Est supernaturalis motio, qua mouemur ad gratiam, siue ad bonum vsum eius. Omisso auxilio concomitante, seu concursu, qui iam est ipsa conuersio, ac proinde nullus de hoc dixit, quòd possit stare in aliquo sine eius conuersione, de auxilio præueniente saltem natura conuersionem agendum est, & huius efficacia inuestiganda, nec non & sufficientia. Et nota quòd quando aliquis consensus noster habitus ex auxilio præcedit conuersionem, non tàm dicitur talis consensus auxilium præuium, quam dispositio, nisi illum consideres vt præscisè est ex efficacia alterius prę motionis: in quo iam declinat in auxilium operans. Non enim dicimur nos cooperari auxilio Dei, quatenus auxiliemur auxilium, opemque feramus motioni Dei, quinimo ab auxilio habemus, vt cooperemur, & nostrum cooperari, non auxilium, sed fructus auxilij est. Ita Diuus Thomas 1.2, quæstione 111. art.

Quid sit auxilium.

Nostrũ cooperari non est auxiliari auxilium Dei.

art. 2. ad 2. vbi ita habet. Deus non sine nobis nos iustificat: quia per motum arbitrij, dum iustificamur Dei iustitiæ cõsentimus. Ille tamen motus non est causa gratiæ, sed effectus: vnde tota operatio pertinet ad gratiam. Idem habet quæst 6. de Prædestinatione art. 2. ad 2. Nec enim video, quo modo causæ diuersi ordinis, ita vt vna alteri essentialiter subordinetur, dicãtur cõcurrere vt duę causæ partiales facientes vnam integram: nam sunt diuersi ordinis. Arbitror non minus repugnare Deo esse causam partialem, quam esse partẽ. Videas D. T. 3. cont. gent. c. 70. sub finem id expresse asserentẽ. Auxiliũ igitur, etsi per modum motus, & actus secundi detur, tamen auxilium dicitur, vt per modũ actus primi dat vires, & eleuat potentiam. Consensus itaq; aliquis noster, non equidẽ, vt à nobis pręcisẽ, sed vt à nobis motis efficaciter, benè potest corroborare potentiã, & augere vires, ad aliquid opus subsequens ordinis gratiæ, tamẽ hoc habet efficaciter à prævio alio auxilio, respectu cuius istud cõsẽtire est efficax fructus, & quasi opus operatũ. Quãuis ergo in nobis consensum non faciat actu & formaliter sine nobis: at sine nobis potest facere id, ad quod efficaciter & necessario necessitate infallibilitatis sequatur consensus. Ac proinde nunquam in bonum vsum arbitrij resoluẽda est conuersio nostra: sed in auxilium Dei efficax, qnod nos discernit.

D. Thomas. Deus non concurrit cũ libero arbitrio vt causa partialis.

D. Thomas.

Auxilium aliunde auxilium, & aliũde cooperans.

Hinc, quando auxilium Dei dicitur cooperans, aliunde dicitur auxilium, & aliunde cooperans. Non enim dicitur simul operans: fieret quippe consequens, ut in ratione auxilij perficeretur ab vsu arbitrij. Non coadiuuamus, quando consentimus, sed efficaciter adiuti sequimnr. Ac proinde non nostri arbitrij vsus auget vires auxilij: & in hoc sensu efficacia conuersionis semper est pura gratia, & etiam efficax virtus auxilij dicitur opus solius Dei, seu opus operatum.

Diui-

Diuiditur præterea auxilium in excitans, & adiuuans, quæ diuisio eadem est cum illa, qua diuiditur in operans & cooperans, esto in aliquo sensu possint distingui etiam istæ diuisiones: nam antequam operemur, iam adiuuamur. *Diuisiones auxilij.*

Tertio diuidi potest auxilium in præueniens, & in subsequens; ita vt prçueniens dicatur illud, quo excitamur, vel adiuuamur ad interiorem actum eliciendum: subsequens verò donatur ad perficiendum opere id, ad quod excitati sumus. Diuinis enim egemus auxilijs, non tantum vt excitemur, non tantum vt consentiamus, verum etiam vt institutum opere compleamus. Hoc auxilium petebat Rex Propheta Psal. 16. dicens. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. *Psal. 16.*

Quarto diuiditur auxilium in internũ, & in externum: in positiuum, & in negatiuum: in constitutũ, & in auxilium ordinatum: in physicum, & in morale: in auxilium efficax, & in auxilium suficiens. Auxilia interna sunt interiores illustrationes, inspirationes, & motiones: externa verò admonitiones, prędicationes, exempla & alia huiusmodi, quę ex D. T. nisi Pelagio arrideas, non sunt satis, vt homo præparetur ad gratiã, sed requiritur intima motio voluntatis. Ita quod. 8 art. 7. Positiuum auxilium est, quod dicit positiuum beneficium, seu motionem ad agendum: negatiuũ verò, est negatio, vel ablatio eius, quod erat impediturum. Et non parum conducunt hæc auxilia negatiua, quandoquidem necessitas auxiliorum non est coactionis: sed infallibilitatis. Hæc auxiliorũ genera notauit Ecclesiasticus cap. 33. Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conseruabit, & liberabit à malis. Morale hoc loco non dicitur auxilium, quatenus vt in plurimum effectum habeat annexum, non autem infallibiliter, sed quod mouet voluntatem obiectiuè ad modũ finis, & non ex parte potentiæ: vt intellectus illustrationes, & huiusmodi. Physicum *D. Thomas.* *Eccles. 33.*

ſicum auxilium eſt, quod vere efficienter, ex parte potentiæ, ſeu quoad exercitium mouet: vt inſpirationes phyſicę, phyſicèque receptæ in voluntate. Hinc ſolus Deus poteſt phyſico auxilio directè mouere voluntatem: imo & ſolus ille mouere intellectum per internum illapſum. Prædicationibus autem, monitionibus, & alijs huiuſmodi mouent Angeli, Sancti homines, & prædicatores.

De auxilio ſufficienti, & efficaci.

TOTA Noſtra controuerſia conſiſtit in explicatione efficacis auxilij, & ſufficientis: hic eſt punctus, hic nō, niſi cum difficultate, extricabilis nodus. In cauſa igitur ſeu virtute aliqua eſt conſiderare, & ſufficientem virtutem ad agendum abſolutè; nempe conſiderata ſimpliciter effectus poſsibilitate: & rurſus eſt conſiderare virtutē, non tantum ad effectum ſimpliciter, ſed virtutem vſuam, executiuam, applicatiuam hic & nūc, & expeditiuam, quatenus etiam vincit quodu is faſtidium, languorem, aliaque impedimenta intima & externa, quibus exercitium actionis impeditur. Manifeſta eſt hæc doctrina in facultate libera, & in alijs, quæ liberè moueri poſſunt à voluntate. Nam intellectus ſufficientem habet virtutem ad phyloſophandum hic & nunc, non tamen habet virtutem vſuam ſeu applicatiuam: hæc quippe eſt voluntas. Fauet huic doctrinæ Forerius loquens ſuper cap. 11. Iſa. de forti vehementi, ſeu efficaci auxilio Dei, nam ſuper verba illa: leuabit mabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine, ita habet. Ego vehementiam dixi: nam de ſpiritu Domini eſt ſermo, qui impedimenta omnia aufert. Ex quo infero quod auxilium forte ſeu vehemens efficaciam deſignet, quam etiam

Forerius. Iſai. 11.

inſinuanc

insinuant in aduentu Spiritus Sancti verba illa: factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis. Hinc Græci in suo illo Trisagio, efficaciam diuinorum auxiliorum implorantes, Deum, & sanctum, & fortē, ideſt, vehementem, seu efficacem appellant. Imo & D. Thomas 1.2.q.114.art.10. auxilium valde efficax appellauit vehemens. Iam iste terminus fortitudo, si credimus Forerio, collectionem significat, quatenus auxilium forte, ideſt efficeax, colligit spiritum, vt non imperfectam habeas velleitatam, sed consumatum consensum. Colligit itaq;, ne in multis diuersus animus, sed collectus, efficax sit. Velim tamen obserues quòd ea que impediunt vsum possunt esse in duplici differentia, vel enim ex impedimento præcedenti sequitur necessitate coactionis, vel consequentis omnimode non vsus actionis, seu non operatio: vel infallibiliter tātùm, seu necessitate consequentiæ. Si ergo virtus prima illa prima impedimenta non potest superare. neq; sufficiens dicetur. Si autem non vincat secundi generis impedimenta, sufficiens dicetur, non tamen efficax. Et his ita diffiniri potest auxilium sufficiens, quod nimirum dat virtutem ad simpliciter agendum, non tamen dat virtutem completiuè vsiuam, & executiuam. Constat etiam hæc doctrina in ipsa gratia habituali, quæ sufficientem dat virtutem ad perseuerandum, non tamen efficacem, quia non dat bonum vsum sui immobiliter per totam vitam.

Acto.2. Trisagium Græcorum. D.Thomas.

Duplex impedimenti genus.

Diffinitur auxiliū sufficiens. D.Thomae.

Huic modo explicandi efficaciam, & sufficientiam auxiliorum mirificè fauet pulcherrima quædam doctrina Diui Thomæ 3. parte quæstione 89. articulo 5. in corpore affirmat enim opera facta in charitate, etiam mortificata habere virtutem ad perducendum in vitam æternam: aliter tamen atque viuificata per pœnitentiam. Nam mortificata virtutem habent sufficientem in acceptatione diuina quantùm est ex se, non autem efficacē, quia est impedita

appoſito impedimento peccati, quo ablato per pœnitentiam, reſtituitur illi virtuti efficacia perducendi ad vitam æternam. Obſeruate obſecro in hac doctrina, non eſſe commentitiam hanc diuiſionem virtutis in virtutem ſufficientem, & efficacem, ſiquidem à D. Thoma impedita virtus, quantumuis abſolute ſit potens, ſufficiens tantùm dicitur & eadē expedita efficax. Obſeruate, inquā, quo modo illa virtus meriti mortificati quātūuis ſufficiens, nullū tamē de facto, dum manet cū ſua ſola ſufficientia perducat in vitam æternam, niſi ei reſtituatur efficacia. Nec ex eo dicitur inanis, aut eſſe fruſtra, eſto nūquam reuocetur ad actū, niſi in ratione efficacis conſtituatur ablato impedimento. Noui non in omnibus quadrare exemplum, nam auxilium efficax ſpecialem ſecum deffert virtutem vſuam, ſeu expeditiuam.

Fundatur diſtinctio inter auxilia efficax, & ſufficiens.

Itaque Deo tangente aliquem auxilio ſufficiente liberè reſiſtit homo ille, ſeu liberè apponit impedimentum, vel liberè ſubcumbit appoſito, cùm ex negatione efficaciæ pura tantum neceſsitate conſequentiæ ſequatur reſiſtentia. Hinc D. Thomas aſſerebat 2. 2. q. 18. art. 4. quod arbitrium eius, qui tactus eſt ſufficienti defficit non ob inſufficientiā auxilij, ſed quia apponit obſtaculum peccati.

D. Thomas.

Dices. Quid ſi tactus ſufficienti cum libere poſsit non reſiſtere, non reſiſtat?

Obiectio.

Reſpondetur quod tunc non imputaretur ei ſua non conuerſio, nec eſſet impœnitens priuatiuè, ſed negatiuè ſi non conuerteretur, ſequeretur tamen ad illam non reſiſtentiam, quatenus ab arbitrio, non infallibiliter, ſed veluti de congruo appoſitio maioris auxilij. Eſſet, inquam, quaſi congruum, & condecens, quod Deus adderet efficaciam, alioqui, vt verbis Diui Thomæ vtar 3. parte quæſtione 86. articulo 1. in corpore vinci videretur quodammodo Deus ab homine, ſi homo peccatum vellet deleri,

D. Thomas.

feri, quod Deus delere non vellet. Tamen non esset infallibile, nec Deus, si non adderet efficaciam, esset iniustus, aut infidelis. Semper nihilominus arbitror casum esse infallibiliter impossibilem: ac proinde, qui sufficienti tangitur, est infallibiliter restiturus, & repugnaturus.

Ex Ricardo de Sancto Victore habes aliqua pro efficacia diuini auxilij.

Ad mẽsurã auxilij nostrũ posse.

RIcardus Victo. lib. 1. de eruditione interioris hominis in hunc modũ habet. Quantum habes gratiæ, tantum habes & potentiæ: & quantum gratia accepta crescit, tantum & potentia tua proficit: & quantum gratia minuitur, tantum & potentiæ tuæ detrahitur. Itaque aliud est arbitrij potestas, & aliud arbitrij libertas: nam, si sanus & robustus es, & multa, & magna facere potes: veruntamen, si liber es, ad nil cogi potes, vel debes. Et, si amittis sanitatem, amittis priorem potentiam: non tamen & libertatem. Potestatis itaque est, quod bonum facere possumus, quamdiu id facere valemus: libertatis autem, quod ad nullum seu bonum, seu malum inuiti cogi possumus.

Aliquorum deceptio in diffiniendo lib. arbit.

Quam multi in diffinitione liberi arbitrij errant: quia inter potestatem & libertatem distinguere ignorant, vel dissimulant. Vide tamen quid inter sit, cum potestatem homo sæpe amittat: libertatem vero nunquam amittere possit. Item nemo ad omnia bona accipit potestatem: sed omnis homo ad omnia bona vel mala accipit libertatem: nam, vt iam dictum est, ad nullum bonum vel malum cogi potest inuitus. Huic doctrinæ fauent, quæ dicit D. Tho. 2. 2. q. 137. art. 4. c. in hunc modum. Plerumque cadit in nostra potestate electio (ideſt libertas) sed non executio (ideſt potestas.) *D. Thom.* Iam 3. contra Gent. cap. 92. hæc eadem asserit, obseruans *D. Thom.*

Pro diuini auxilij efficacia

Duodecima concluſio.

12. *Conclu.*

QVamuis nullum ſit inconueniens affirmare prædeterminari à Deo noſtram voluntatem præuia motione, ad omne opus bonum morale ordinis naturalis: probabilius tamen dicitur aliquod opus moraliter bonum ordinis naturalis, quatenus intra limites naturæ manet (nam ſi ad gratiam ordinemur prædeterminamur à Deo) fieri poſſe interea ſine præuia determinatione ſpeciali. ſed ſatis erit generalis concurſus inſtigans, & ſimultaneus, qui in propriè dicitur prædeterminare, quatenus prioritate ſubordinationis eſt à Deo, quàm à nobis. Probatur, nam habet proportionatam virtutem. Hanc doctrinam videtur indicare Paulus ad Rom. c. 6. vt optime colligit ſapientiſsimus magiſter Raymundus Paſqual filius noſtri conuentus Barchino. ſuper hoc c. & ſuper c. 7. verba Pauli ita habent. Gentes naturaliter quæ legis ſunt faciunt. Idem habet D. Tho. 1. 2. q. 5. ar. 5. cor.

Paulus ad Rom. 6.

Decimatertia concluſio.

AD opera moraliter mala Deus non prædeterminat noſtram voluntatem: & oppoſitum aſſerere impium eſt, & blaſphemum. Imo nec per ſimultaneum concurſum dicitur concurrere, aut determinare Deus ad malum, cùm ſit ipſe ſummum bonum: ſed in hoc voluntas eſt primum defficiens: & primò ſe ipſam determinat, quòad malitiam moralem, ita vt quantum ad hoc ſit prima, Deo que non ſubordinata, quin potius ab eius ordine ſe ſubducat. Iam, ad ſubſtantiam actus, cùm primum ei inhæret malitia, non inſtigat Deus, nec inchoat, ſed conſeruat, ſeu perſeuerat in eius cauſatione, quam entitatem non ſequitur malitia, vt eſt à Deo, ſed vt ab arbitrio creato

creato. In omni itaque actu malo, etiam odio Dei vt licet colligere ex D. Thoma in dist. quæst 1. de verit. art. 1. ad 2. inuenitur participata inclinatio in vltimum finem, & inchoatio substantiæ illius actus poterat bene dirigi, & gubernari ab arbitrio. Nam detestatio nocentis, seu naturalis auersio ab infligente pœnam, gubernari bene poterat, ita vt non esset odium Dei.

Vltima Conclusio.

Vltima conclusio.

NEC Prædeterminat nos Deus ad actum peccati motione præuia, cùm primum ei conuenit malitia, etiã si consideres substantiam actus purè materialiter, estò per concursum simultaneum concurrat. Probatur: nam prædeterminare ad actum liberum, quia voluntate benè exerceri non potest, sed malè, est mouere saltim indirectè, & per accidens ad peccandum, quod Deo repugnat. Hinc Rom. 9. Peccatores male operantes dicitur Deus sustinere: homines autem bonos, seu benè operantes præparare, & disponere etiam. Videas Diuum Thomam 3. cont. gent. cap. 85. argumento 11. vbi mirificè hoc explicat. Et satis sit, hæc vel leuiter attigisse, ne, vt aiunt, manibus illotis contro siam de efficacia auxiliorum aggrederemur.

Deus nec per accidẽs est causa peccari.

Rom. 9.

D. Thomas.

RELECTIONIS PARS SECVNDA.

De auxilio, & diuisione in auxilium sufficiens. & efficax.

VARIIS Modis potest gratia vsurpari, vt videre est apud Diuum Thomam 12. quæst. 110. art. 10: Sed, vt ad nostrum attinet institutum, sumitur pro dono gratiæ collato

D. Thomas. Quid gratia.

collato nobis à Deo ob ſuum amorem & dilectionem. Et nota, quòd etſi omne donũ, etiam naturale, quatenus gratis donatur à Deo, poſsit in hac fuſa ſignificatione gratia appellari: tamen ab Eccleſia & Theologis iam gratia ſumitur pro dono ordinis ſupernaturalis, ſiue ſit ſupernaturale ex ſui conſtitutione, ſiue ex ordinatione: quam quidẽ gratiam nobis Chriſtus promeruit. Vnde à Pelagio non recedit, quicumque ait, gratiam Dei eatenus eſſe neceſſariam, quatenus etiam vires arbitrij naturales gratis donantur. Nam huius gratiæ neceſsitatem etiam agnouit Pelagius. in quo ſenſu finxit fraudulenter in quodam Concilio Paleſti. ſuam hæreſim retractaſſe: ſed tamen. vt ait Auguſtinus, non hæc eſt gratia, quæ nobis datur per Chriſtum, nec Chriſtus venit ad merendum nobis has gratias naturales, ſed ad merendam illam, per quam reſurgimus à peccato, tẽtationes vincimus, recte viuimus &c. Et de hac gratia eſt ſermo, non vt habitualis eſt, ſed vt auxilium.

Fraus Pelagij in vſurpanda gratia.

Et nota diſcrimen inter intellectum, temperamentum naturale, & alia huiuſmodi ex parte vna; quę nobis ſine nobis ab auctore naturæ dantur, & ſunt ordinis naturalis: & bonum vſum arbitrij ex parte alia. Nam illa quamuis naturalia dona ſint, merè tamen gratis ſuo modo donantur à Deo, ſicut & gratia: ac proinde hac ex parte, etſi non attingant, tamen non adeò recedunt ab ordine gratiæ. At vſus arbitrij noſter eſt, & hac ex parte magis deficiens ab ordine gratiæ: ita vt nec ſecundum illum ſit collata maior vel minor gratia Angelis, ſed ſecundum capacitatem naturalium. Vnde vſus arbitrij quatenus præſcilè à nobis eſt, non eſt ita ordinabilis ad gratiam: nec dici poteſt Dei donum, etiam ordinatum ſicut alia naturalia. Videatur D. Thomas 1.p.q.62.art.6. ad 1.& 2.

Magis improportionatus eſt vſus noſtri arbitrij gratiæ, quam alia dona naturalia. D. Thomas.

Per huiuſmodi auxilium ſupernaturale aliqui nihil aliud intellexerunt, quàm ipſam actionem Dei ad intra, quæ efficax

Auxilium non eſt ſola Dei actio increata.

ficax est ad immutandam nostram voluntatem absque alia motione in ea recepta. Hi tamen sic decepti sunt sicut quidam, qui ex eo istos impugnant, quia fieret consequens, vt omnia auxilia Dei essent æqualia. Neque enim hoc sequitur inconueniens: quinimmò adhuc cum tali opinione cohærere posset inæqualitas auxiliorum. Nam Dei actio intra saltem virtualiter est transiens, & efficacissima, ac proinde prout vult sortitur effectum. Alia ergo de causa est falsa talis sententia, nimirum, quia motio Dei, qua Deus mouet voluntatem, non solùm in volũtate excipitur, sed etiam est vis quædam actiua per modum actus primi, (quod enim sub vna ratione est actus secundus, potest sub alia esse primus) quoniam voluntas mouetur vt animatum instrumentum, & liberum, debetque interius suauiter disponi.

Quorundã inutilis cõfutatio rejcitur.

Potest auxilium in communi diffiniri: motio quædam beneficium, seu impulsus supernaturalis, quo Deus nos eleuat, adiuuatque ad opera supernaturalia ordinis gratię, vel ad supernaturaliter agendum. Vel ita. Est supernaturalis motio, qua mouemur ad gratiam, siue ad bonum vsum eius. Omisso auxilio concomitante, seu concursu, qui iam est ipsa conuersio, ac proinde nullus de hoc dixit, quòd possit stare in aliquo sine eius conuersione, de auxilio præueniente saltem natura conuersionem agendum est, & huius efficacia inuestiganda, nec non & sufficientia. Et nota quòd quando aliquis consensus noster habitus ex auxilio præcedit conuersionem, non tàm dicitur talis consensus auxilium præuium, quam dispositio, nisi illum consideres vt præscisè est ex efficacia alterius prę motionis: in quo iam declinat in auxilium operans. Non enim dicimur nos cooperari auxilio Dei, quatenus auxiliemur auxilium, opemque feramus motioni Dei, quinimo ab auxilio habemus, vt cooperemur, & nostrum cooperari, non auxilium, sed fructus auxilij est. Ita Diuus Thomas 1.2, quæstione 111. art.

Quid sit auxilium.

Nostrũ cooperari non est auxiliari auxilium Dei.

art.2.ad 2.vbi ita habet. Deus non ſine nobis nos iuſtificat: quia per motum arbitrij, dum iuſtificamur Dei iuſtitiæ cõ-
D.Thomas. ſentimus. Ille tamen motus non eſt cauſa gratiæ, ſed effe-
Deus non concurrit cũ libero arbitrio vt cauſa partialis. ctus: vnde tota operatio pertinet ad gratiam. Idem habet quæſt 6. de Prædeſtinatione art. 2. ad 2. Nec enim video, quo modo cauſæ diuerſi ordinis, ita vt vna alteri eſſentialiter ſubordinetur, dicãtur cõcurrere vt duę cauſæ partiales facientes vnam integram: nam ſunt diuerſi ordinis. Arbitror non minus repugnare Deo eſſe cauſam partialem,
D.Thomas. quam eſſe partẽ. Videas D.T.3.cont.gent.c.70.ſub finem id expreſſe aſſerentẽ. Auxiliũ igitur, etſi per modum motus, & actus ſecundi detur, tamen auxilium dicitur, vt per modũ actus primi dat vires, & eleuat potentiam. Conſenſus itaq; aliquis noſter, non equidẽ, vt à nobis pręciſẽ, ſed vt à nobis motis efficaciter, benè poteſt corroborare potentiã, & augere vires, ad aliquid opus ſubſequens ordinis gratiæ, tamẽ hoc habet efficaciter à prævio alio auxilio, reſpectu cuius iſtud cõsẽtire eſt efficax fructus, & quaſi opus operatũ. Quãuis ergo in nobis conſenſum non faciat actu & formaliter ſine nobis: at ſine nobis poteſt facere id, ad quod efficaciter & neceſſario neceſsitate infallibilitatis ſequatur conſenſus. Ac proinde nunquam in bonum vſum arbitrij reſoluẽda eſt conuerſio noſtra: ſed in auxilium Dei efficax, qnod nos diſcernit.

Auxilium aliunde auxilium, & aliũde cooperans. Hinc, quando auxilium Dei dicitur cooperans, aliunde dicitur auxilium, & aliunde cooperans. Non enim dicitur ſimul operans: fieret quippe conſequens, ut in ratione auxilij perficeretur ab vſu arbitrij. Non coadiuuamus, quando conſentimus, ſed efficaciter adiuti ſequimnr. Ac proinde non noſtri arbitrij vſus auget vires auxilij: & in hoc ſenſu efficacia conuerſionis ſemper eſt pura gratia, & etiam efficax virtus auxilij dicitur opus ſolius Dei, ſeu opus operatum.

Diui-

Diuiditur præterea auxilium in excitans, & adiuuans, quæ diuisio eadem est cum illa, qua diuiditur in operans & cooperans, esto in aliquo sensu possint distingui etiam istæ diuisiones: nam antequam operemur, iam adiuuamur. *Diuisiones auxilij.*

Tertio diuidi potest auxilium in præueniens, & in subsequens; ita vt pręueniens dicatur illud, quo excitamur, vel adiuuamur ad interiorem actum eliciendum: subsequens verò donatur ad perficiendum opere id, ad quod excitati sumus. Diuinis enim egemus auxilijs, non tantum vt excitemur, non tantum vt consentiamus, verum etiam vt institutum opere compleamus. Hoc auxilium petebat Rex Propheta Psal. 16. dicens. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. *Psal. 16.*

Quarto diuiditur auxilium in internũ, & in externum: in positiuum, & in negatiuum: in constitutũ, & in auxilium ordinatum: in physicum, & in morale: in auxilium efficax, & in auxilium suficiens. Auxilia interna sunt interiores illustrationes, inspirationes, & motiones: externa verò admonitiones, prędicationes, exempla & alia huiusmodi, quę ex D. T. nisi Pelagio arrideas, non sunt satis, vt homo præparetur ad gratiã, sed requiritur intima motio voluntatis. Ita quod. 8. art. 7. Positiuum auxilium est, quod dicit positiuum beneficium, seu motionem ad agendum: negatiuũ verò, est negatio, vel ablatio eius, quod erat impediturum. Et non parum conducunt hæc auxilia negatiua, quandoquidem necessitas auxiliorum non est coactionis: sed infallibilitatis. Hæc auxiliorũ genera notauit Ecclesiasticus cap. 33. Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conseruabit, & liberabit à malis. Morale hoc loco non dicitur auxilium, quatenus vt in plurimum effectum habeat annexum, non autem infallibiliter, sed quod mouet voluntatem obiectiuè ad modũ finis, & non ex parte potentiæ: vt intellectus illustrationes, & huiusmodi. Physicum *D. Thomas.* *Eccles. 33.*

ſicum auxilium eſt, quod vere efficienter, ex parte potentiæ, ſeu quoad exercitium mouet: vt inſpirationes phyſicę, phyſicèque receptæ in voluntate. Hinc ſolus Deus poteſt phyſico auxilio directè mouere voluntatem: imo & ſolus ille mouere intellectum per internum illapſum. Prædicationibus autem, monitionibus, & alijs huiuſmodi mouent Angeli, Sancti homines, & prædicatores.

De auxilio ſufficienti, & efficaci.

TOTA Noſtra controuerſia conſiſtit in explicatione efficacis auxilij, & ſufficientis: hic eſt punctus, hic nō, niſi cum difficultate, extricabilis nodus. In cauſa igitur ſeu virtute aliqua eſt conſiderare, & ſufficientem virtutem ad agendum abſolutè; nempe conſiderata ſimpliciter effectus poſsibilitate: & rurſus eſt conſiderare virtutē, non tantum ad effectum ſimpliciter, ſed virtutem vſuam, executiuam, applicatiuam hic & nūc, & expeditiuam, quatenus etiam vincit quoduis faſtidium, languorem, aliaque impedimenta intima & externa, quibus exercitium actionis impeditur. Manifeſta eſt hæc doctrina in facultate libera, & in alijs, quæ liberè moueri poſſunt à voluntate. Nam intellectus ſufficientem habet virtutem ad phyloſophandum hic & nunc, non tamen habet virtutem vſuam ſeu applicatiuam: hæc quippe eſt voluntas. Fauet huic doctrinæ Forerius loquens ſuper cap. 11. Iſa. de forti vehementi, ſeu efficaci auxilio Dei, nam ſuper verba illa: leuabit mabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine, ita habet. Ego vehementiam dixi: nam de ſpiritu Domini eſt ſermo, qui impedimenta omnia aufert. Ex quo infero quod auxilium forte ſeu vehemens efficaciam deſignet, quam etiam

Forerius. Iſai. 11.

inſinuanc

insinuant in aduentu Spiritus Sancti verba illa: factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis. Hinc Græci in suo illo Trisagio, efficaciam diuinorum auxiliorum implorantes, Deum, & sanctum, & fortē, ideſt, vehementem, seu efficacem appellant. Imo & D. Thomas 1.2.q.114.art.10. auxilium valde efficax appellauit vehemens. Iam iste terminus fortitudo, si credimus Forerio, collectionem significat, quatenus auxilium forte, ideſt efficax, colligit spiritum, vt non imperfectam habeas velleitatam, sed consumatum consensum. Colligit itaq;, ne in multis diuersus animus, sed collectus, efficax sit. Velim tamen obserues quòd ea que impediunt vsum possunt esse in duplici differentia, vel enim ex impedimento præcedenti sequitur necessitate coactionis, vel consequentis omnimode non vsus actionis, seu non operatio: vel infallibiliter tātùm, seu necessitate consequentiæ. Si ergo virtus prima illa prima impedimenta non potest superare. neq; sufficiens dicetur. Si autem non vincat secundi generis impedimenta, sufficiens dicetur, non tamen efficax. Et his ita diffiniri potest auxilium sufficiens, quod nimirum dat virtutem ad simpliciter agendum, non tamen dat virtutem completiuè vsiuam, & executiuam. Constat etiam hæc doctrina in ipsa gratia habituali, quæ sufficientem dat virtutem ad perseuerandum, non tamen efficacem, quia non dat bonum vsum sui immobiliter per totam vitam.

Act.2. *Trisagium Grecorum.* *D.Thomas.* *Duplex impedimenti genus.* *Diffinitur auxiliū sufficiens.* *D.Thomae.*

Huic modo explicandi efficaciam, & sufficientiam auxiliorum mirificè fauet pulcherrima quædam doctrina Diui Thomæ 3. parte quæstione 89. articulo 5. in cotpore affirmat enim opeta facta in charitate, etiam mortificata habere virtutem ad perducendum in vitam æternam: aliter tamen atque viuificata per pœnitentiam. Nam mortificata virtutem habent sufficientem in acceptatione diuina quantùm est ex se, non autem efficacē, quia est impedita

appoſito impedimento peccati, quo ablato per pœnitentiam, reſtituitur illi virtuti efficacia perducendi ad vitam æternam. Obſeruate obſecro in hac doctrina, non eſſe commentitiam hanc diuiſionem virtutis in virtutem ſufficientem, & efficacem, ſiquidem à D. Thoma impedita virtus, quantumuis abſolute ſit potens, ſufficiens tantùm dicitur & eadē expedita efficax. Obſeruate, inquā, quo modo illa virtus meriti mortificati quātūuis ſufficiens, nullū tamē de facto, dum manet cū ſua ſola ſufficientia perducat in vitam æternam, niſi ei reſtituatur efficacia. Nec ex eo dicitur inanis, aut eſſe fruſtra, eſto nūquam reuocetur ad actū, niſi in ratione efficacis conſtituatur ablato impedimento. Noui non in omnibus quadrare exemplum, nam auxilium efficax ſpecialem ſecum deffert virtutem vſiuam, ſeu expeditiuam.

Fundatur diſtinctio inter auxilia efficax, & ſufficiens.

Itaque Deo tangente aliquem auxilio ſufficiente liberè reſiſtit homo ille, ſeu liberè apponit impedimentum, vel liberè ſubcumbit appoſito, cùm ex negatione efficaciæ pura tantum neceſsitate conſequentiæ ſequatur reſiſtentia. Hinc D. Thomas aſſerebat 2. 2. q. 18. art. 4. quod arbitrium eius, qui tactus eſt ſufficienti defficit non ob inſufficientiā auxilij, ſed quia apponit obſtaculum peccati.

D. Thomas.

Obiectio.

Dices. Quid ſi tactus ſufficienti cum libere poſsit non reſiſtere, non reſiſtat?

Reſpondetur quod tunc non imputaretur ei ſua non conuerſio, nec eſſet impœnitens priuatiuè, ſed negatiuè ſi non conuerteretur, ſequeretur tamen ad illam non reſiſtentiam, quatenus ab arbitrio, non infallibiliter, ſed veluti de congruo appoſitio maioris auxilij. Eſſet, inquam, quaſi congruum, & condecens, quod Deus adderet efficaciam, alioqui, vt verbis Diui Thomæ vtar 3. parte quæſtione 86. articulo 1. in corpore vinci videretur quodammodo Deus ab homine, ſi homo peccatum vellet deleri,

D. Thomas.

leri, quod Deus delere non veller. Tamen non esset infallibile, nec Deus, si non adderet efficaciam, esset iniustus, aut infidelis. Semper nihilominus arbitror casum esse infallibiliter impossibilem: ac proinde, qui sufficienti tangitur, est infallibiliter restiturus, & repugnaturus.

Ex Ricardo de Sancto Victore habes aliqua pro efficacia diuini auxilij.

Ad mẽsurã auxilij nostrũ posse.

RIcardus Victo. lib. 1. de eruditione interioris hominis in hunc modũ habet. Quantum habes gratiæ, tantum habes & potentiæ: & quantum gratia accepta crescit, tantum & potentia tua proficit: & quantum gratia minuitur, tantum & potentiæ tuæ detrahitur. Itaque aliud est arbitrij potestas, & aliud arbitrij libertas: nam, si sanus & robustus es, & multa, & magna facere potes: veruntamen, si liber es, ad nil cogi potes, vel debes. Et, si amittis sanitatem, amittis priorem potentiam: non tamen & libertatem. Potestatis itaque est, quod bonum facere possumus, quamdiu id facere valemus: libertatis autem, quod ad nullum seu bonum, seu malum inuiti cogi possumus.

Aliquorum deceptio in diffiniendo lib. arbit.

Quam multi in diffinitione liberi arbitrij errant: quia inter potestatem & libertatem distinguere ignorant, vel dissimulant. Vide tamen quid inter sit, cum potestatem homo sæpe amittat: libertatem vero nunquam amittere possit. Item nemo ad omnia bona accipit potestatem: sed omnis homo ad omnia bona vel mala accipit libertatem: nam, vt iam dictum est, ad nullum bonum vel malum cogi potest inuitus. Huic doctrinæ fauent, quæ dicit D. Tho. 2. 2. q. 137. art. 4. c. in hunc modum. Plerumque cadit in nostra potestate electio (ideſt libertas) sed non executio (ideſt potestas.) Iam. 3. contra Gent. cap. 92. hæc eadem asserit, obseruans

D. Thom.

D. Thom.

appoſito impedimento peccati, quo ablato per pœnitentiam, reſtituitur illi virtuti efficacia perducendi ad vitam æternam. Obſeruate obſecro in hac doctrina, non eſſe commentitiam hanc diuiſionem virtutis in virtutem ſufficientem, & efficacem, ſiquidem à D. Thoma impedita virtus, quantumuis abſolute ſit potens, ſufficiens tantùm dicitur & eadē expedita efficax. Obſeruate, inquā, quo modo illa virtus meriti mortificati quātūuis ſufficiens, nullū tamē de facto, dum manet cū ſua ſola ſufficientia perducat in vitam æternam, niſi ei reſtituatur efficacia. Nec ex eo dicitur inanis, aut eſſe fruſtra, eſto nūquam reuocetur ad actū, niſi in ratione efficacis conſtituatur ablato impedimento. Noui non in omnibus quadrare exemplum, nam auxilium efficax ſpecialem ſecum deffert virtutem vſiuam, ſeu expeditiuam.

Fundatur diſtinctio inter auxilia efficax, & ſufficiens.

Itaque Deo tangente aliquem auxilio ſufficiente liberè reſiſtit homo ille, ſeu liberè apponit impedimentum, vel liberè ſubcumbit appoſito, cùm ex negatione efficaciæ pura tantum neceſsitate conſequentiæ ſequatur reſiſtentia. Hinc D. Thomas aſſerebat 2. 2. q. 18. art. 4. quod arbitrium eius, qui tactus eſt ſufficienti deficit non ob inſufficientiā auxilij, ſed quia apponit obſtaculum peccati.

D. Thomas.

Obiectio.

Dices. Quid ſi tactus ſufficienti cum libere poſsit non reſiſtere, non reſiſtat?

Reſpondetur quod tunc non imputaretur ei ſua non conuerſio, nec eſſet impœnitens priuatiuè, ſed negatiuè ſi non conuerteretur, ſequeretur tamen ad illam non reſiſtentiam, quatenus ab arbitrio, non infallibiliter, ſed veluti de congruo appoſitio maioris auxilij. Eſſet, inquam, quaſi congruum, & condecens, quod Deus adderet efficaciam, alioqui, vt verbis Diui Thomæ vtar 3. parte quæſtione 86. articulo 1. in corpore vinci videretur quodammodo Deus ab homine, ſi homo peccatum vellet deleri,

D. Thomas.

leri, quod Deus delere non veller. Tamen non esset infallibile, nec Deus, si non adderet efficaciam, esset iniustus, aut infidelis. Semper nihilominus arbitror casum esse infallibiliter impossibilem: ac proinde, qui sufficienti tangitur, est infallibiliter restiturus, & repugnaturus.

Ex Ricardo de Sancto Victore habes aliqua pro efficacia diuini auxilij.

Ad mẽstrã auxilij nostrũ posse.

Ricardus Victo. lib. 1. de eruditione interioris hominis in hunc modũ habet. Quantum habes gratiæ, tantum habes & potentiæ: & quantum gratia accepta crescit, tantum & potentia tua proficit: & quantum gratia minuitur, tantum & potentiæ tuæ detrahitur. Itaque aliud est arbitrij potestas, & aliud arbitrij libertas: nam, si sanus & robustus es, & multa, & magna facere potes: veruntamen, si liber es, ad nil cogi potes, vel debes. Et, si amittis sanitatem, amittis priorem potentiam: non tamen & libertatem. Potestatis itaque est, quod bonum facere possumus, quamdiu id facere valemus: libertatis autem, quod ad nullum seu bonum, seu malum inuiti cogi possumus.

Aliquorum deceptio in diffiniendo lib. arbit.

Quam multi in diffinitione liberi arbitrij errant: quia inter potestatem & libertatem distinguere ignorant, vel dissimulant. Vide tamen quid inter sit, cum potestatem homo sæpe amittat: libertatem vero nunquam amittere possit. Item nemo ad omnia bona accipit potestatem: sed omnis homo ad omnia bona vel mala accipit libertatem: nam, vt iam dictum est, ad nullum bonum vel malum cogi potest inuitus. Huic doctrinæ fauent, quæ dicit D. Tho. 2.2.q.137. art. 4. c. in hunc modum. Plerumque cadit in nostra potestate electio (id est libertas) sed non executio (id est potestas.) Iam 3. contra Gent. cap. 92. hæc eadem asserit, obseruans

D. Thom.

D. Thom.

Pro diuini auxilij efficacia

Quomodo auxiliū ſufficiens dicatur vniuerſale.

Dei auxilium donatum ad executionem dici efficax: auxilium vere ſufficiens vocat vniuerſale, non quia non ſit ſpeciale: ſed quia nulli negatur illa imperfecta dilectio. Collige ſtatim ex primis illis verbis Ricardi quod ad menſuram auxilij ſit diſcretio facienda, & quod ſtante æquali auxilio in duobus, non reſurgat vnus pro vſu ſui arbitrij altero remanente: aliud quippe eſt habere libertatem, & aliud habere poteſtatem. Collige, inquam, quo modo, non eſt cur excuſetur, qui manet impœnitens, qui labitur in peccatum, & obduratur per negationem auxilij efficacis: hoc enim non adimit libertatem. Velim tamen obſerues quod neque electio ita eſt in noſtra poteſtate, vt in eligendo non ſubordinemur auxilio Dei vel naturali, vel ſupernaturali ſecundum genus electionis: ſed dicitur eſſe in noſtra poteſtate, quia vt repudies quod offertur, vel eligas hic & nunc, non diceris impeditus: at vt efficaciter executioni mandetur impediri potes, & ideo dicitur, quod non cadit ſub noſtra poteſtate executio, eſto cadat electio. Vide D. Thom. 1.p.q.83.art.1.ad 4.

Procedit auctor ad explicandam efficaciam auxilij.

OBſerua præterea quod in noſtro integro conſenſu eſt conſiderare quidquid entitatis & perfectionis in eo inuenitur: & rurſus hoc quod eſt talem entitatem conſtitui in ratione conſenſus noſtri, ſeu noſtrum eſſe conſenſum. (Et hoc vltimum arbitror conſiſtere non in noua entitate, ſeu nouo entitatis modo, ſed in negatione, aut quadam denominatione) ſi primum attendas, totum illud eſt à Deo immediate: etiam per modum actionis, ſeu operationis: at ſi præſciſe noſtrū conſentire ſecundū illam inadæquatam rationem, qua conſtituitur in ratione conſenſus noſtri, quæ non eſt noua entitas, nec nouus entitatis poſitiuæ

uæ modus, ſed vel negatiua determinatio, vel denominatio, quid mirũ (cũrelicti ſimus in manu cõſilij noſtri) quòd ad hoc præſciſe, ſubordinemur plane, quãdo conſenſus bonus eſt, Deo: nõ autẽ ſi malus, ſpectata malitia, ſed tamen nõ eodẽ modo, atq; cauſæ non liberæ? Magnũ myſteriũ tãgunt illa verba: Facit, vt faciamus. Quid mirũ ſi ſuppoſita virtute arbitrij, ſuppoſitis præuenientibus auxilijs infallibiliter facientibus, vt faciamus, ſuppoſita ſaltẽ ordine, aut quoad ſuũ inchoari tota entitate actionis, ſuppoſita ſubordinatione in tegra ad primam cauſam, quoad omnia, quæ perfectionis ſunt & entitatis, intelligamus arbitriũ adiungere cõſenſus determinationẽ libere & cum dominio, ſeu id, quo conſtituitur talis entitas in ratione noſtri conſenſus, cũ virtutem per modũ actus primi efficacem, ac per modum actus ſecũdi etiam totã entitatẽ conſenſus; imo & conſenſum, dum facit, vt conſentiamus, à Deo habeamus, à Deo applicemur, eidemq; ſimpliciter ſubordinemur? Quando Deus abſolutè totũ facit etiam ſub omni reſpectu, denominatione, atq; negatiua determinatione, & per modũ actionis, nõ dicitur facere, vt faciamus, ſed abſolutè dicitur facere. De ſolo arbitrio dicitur, quòd Deus facit, vt faciat. Nã de cauſa naturali dicimus, quòd facit: vt faciat ideſt ſimul cum illa facit etiã ſecundum omnem reſpectum & conſiderationem, & applicationem, quod potius eſt ſimul cũ illa facere ſub omni ratione, quã facere, vt faciat. Nã qui facit, quia Deus facit, vt ſic, auxiliũ præueniẽs habet, quod ſatis terminus ille, quia, indicat. Obſecro. Quis audebit affirmare, quod etſi Deus dederit virtutẽ volũtati noſtræ, conſeruet, applicet, & faciat quidquid entiatis & modi entitatis eſt in conſenſu peccati, & quoad omne quod entitatis eſt Deo ſubordinemur, etiã ipſa mala determinatio, qua talis entitas actionis conſtituitur, & denominatur mala, & noſtra, ita vt nõ Dei ſub hoc modo, ſit à Deo? Quantum ad hoc ergo præciſè, etſi non omnino

In quo conſiſtat conſenſus noſtrũ.

omnino, aliquo tamen modo eadem est ratio libertatis in omnibus actionibus: esto in alijs sit discrimen: quia ad cõ sensus bonos præuenimur, excitamur, & Deo vt prædeterminanti, & vt facienti vt faciamus, subordinamur, Deo speciali ratione concurrente: vt statim dicetur. Nec arbitrere, quod constituamus rationem libertatis in negatione, est vtique positiua facultas à Deo producta, consensus etiam actio positiua est, sed dicimus, quod illa inadequata ratio, per quam constituitur in ratione cõsensus nostri, seu quod nobis imputetur, nostraque consideratione & titulo currat, est quædam denominatio, seu determinatio, quæ non sequitur, nisi quia actio à nobis aduertentibus est præscise, & non quia à Deo: nam Deus non dicitur consentire, esto faciat actionem & consensum quoad entitatem, imo & in ratione consensus, quãdo bonus est, faciendo vt faciamus. Nam illa denominatio non sequitur, nisi vt à nobis præscise. Quod ergo nostræ libertati do, non tam est agere, quã non agere: voluntarius enim hac ex parte inadæquata, quid si dicatur consensus sine omni actu etiam interiori? Relicti igitur sumus in manu consilij nostri: non quia omnino emancipati, aut subducti ab influxu diuino, deam vtique fecisset nostram libertatem: sed quia tangente, & mouente Deo, possumus non agere, seu pure negatiue suspendere actionem. Nam si actione positiua resistamus, etiam nec Deo sine Deo concurrente ad actionem illam (non vt resistit) resistimus. Iam quando hoc quod libere adiungimus, bonum est, etsi non dicat nouum entitatis modum, sed vel denominationem extrinsecam, vel negatiuam determinationem, tamen cum subordinatione ad Deum facientem vt faciamus, adiungimus. Item quãdo agimus: ideo liberè agimus, quia negatiuè possumus suspendere actionem, seu non agere. Semper itaq; dependenter ab hac negatione dicitur nostra actio libera: sed de his iam diximus in Appendice ad

Rele-

Relectionem contra ſcientiam mediam. Conſiderare ergo oportet in conſenſu efficaciam formalem, à qua formaliter, & efficaciter dicitur illa actio conſenſus noſter, ad quam, ſi eodem modo ſubordinaremur, ſicut cauſæ naturales ſimultaneo concurſui, proculdubio ſolus Deus conſentiret, nos autem nequaquam. Aliud ergo eſt, quòd nos habeamus à concurſu Dei, ſeu auxilio, noſtrum conſentire, quatenus per concurſum tanquam per modum actionis, ſeu actus ſecundi conſtituamur conſentientes ab ipſo Deo (quod non video quomodo cum libertate concilietur) & aliud, quòd per præueniētia auxilia, ſeu inchoatum concurſum, tantum per cauſas efficaces habeamus noſtrum conſentire: hoc enim quadrat libertati creatæ: primum illud euertit. Tota ergo efficacia conſenſus, ſi ſumas entitatem, eſt à Deo, etiam per modum actus ſecundi: ſi autem in ipſa efficacia ſumas præciſam noſtram determinationem, entitati determinatæ ab eadem, condiuiſam, à Deo eſt efficaciter in noſtra conuerſione, non per modum actionis, ſeu actus ſecundi, ſicut in agentibus naturalibus: ſed per modum effectus, ſeu fructus: quatenus taliter nos præuenit, vt faciat efficaciter infallibiliter, vt nos faciamus. Hinc D. Thomas in diſputatis de Prædeſtinatione, art. 3. per totum, in ſolutionibus argumentorū: maxime ad 4. prædeſtinationis certitudinem, non hypotheticam eſſe, ſed abſolutam affirmat. Nam quāuis requirat, vt impleat, & cōſummet cōſenſum noſtrum, ac requiritur non, vt dans efficaciam, ſed vt adiungens fructum, & effectum efficaciæ: non requirit cōſenſum ipſa efficax motio Dei, quatenus ab eo pendeat efficacia, ſed potius, requirit ipſum, vt pendentē. Nec arbitretur aliquis nos arridere Durando, ingenue enim fatemur, quòd ſi attendamus in noſtro cōſenſu actualitatē entitatis, Deo, nō tantū vt danti, & cōſeruanti virtutē cōſentiēdi, ſed etiā, vt efficaciter applicāti ſubordinemur: imo etiā conſi-

D. Thomas.

Vnde prędc. certitudo.

derato cõsenſu, quãdo bonus eſt, omni exparte, ſimpliciter & ex integro Deo facienti vt faciamus ſubordinamur: alioqui aliqua creatura ſub aliqua conſideratione, ſine ſubordinatione ad actũ, & actuãs per eſſẽtiã, ſeipſam actuaret, quod implicat. Id ergo, quòd nos intelligimur adiũgere determinãdo, & conſentiendo, nõ eſt actuare, aut perficere cõcurſum Dei, quinimo è cõuerſo, noſtra determinatio actuationẽ perfectionis à cõcurſu Dei mẽdicat, & etiã in ipſo determinare cauſæ primæ modo dicto ſubordinatur. In cauſis igitur naturalibus nõ liberis, & actualitas, & determinatio, tãtum eſt à Deo, non enim ſe etiam applicant, ſed applicãtur.

Vlterius animaduerte, quòd etſi ad minorẽ indiſpoſitionẽ tẽpus, locus, & huiuſmodi iuuent, non tamẽ dant proportionẽ ad actũ ſupernaturalẽ: nec habẽt infallibilẽ ordinẽ ad gratię cõſecutionẽ, niſi eleuentur ex efficaci intentione, & auxilio Dei authoris gratiæ. Requiritur ergo illuminationis, & voluntatis inſpiratio taliter pungentes, & præuenientes, vt omnia intima, nimiũq; domeſtica repellãtur impedimenta. Iam, lãguorẽ & infirmitatẽ libertatis efficaciter reparare, non eſt eam euertere, ſed aſtruere, & erigere. Hæc igitur præueniens efficacia requiritur in auxilio, vt ſupernaturalitas conſenſus noſtri infallibiliter ſubſequẽdi explicetur, atq; infallibiliter ſubſequatur. Et adeo vehemẽs poteſt eſſe hęc inſtigatio, vt ſuperet omnia alia impedimenta exteriora, ſi adeſſent, etiã tẽporis importunitatẽ & loci, quãuis aliquando omnia hæc adhibeat Deus vt author gratiæ ſpeciali alia protectione, nimirũ opportunitatẽ loci, tẽporis & huiuſmodi, vt ſenſim fiat conuerſio (tamen interea adeſt potens & efficax inſtigatio, quæ hæc facit, etiã & præſtat.) Conſtat, nã inſtigatio, quę dat vires efficaces, vt de nobis ipſis, deq; intimo voluntatis languore triũphemus, etiam de alijs triũphat. Qui ſeipſum negat, quid nõ negabit propter Chriſtum? quis non videt importunitatẽ loci ac tẽporis D. Pauli

Pauli, Act. 9. adhuc spirans minarum & cædis in discipulos domini &c. ipsa tamen vehemẽs, & physica inspiratio, ac vocatio omnia superauit, & tẽpus alioqui importunũ oportunũ fecit. Gratia itaq; auxiliorũ sibi facit opportunitatem, & omnia præparat, nihilq; quod ad conuersionẽ iuuet, potest eam præuenire, sibiq; gratiã ipsam pedissequã facere, cum ipsa regina sit. Adducentur quidẽ virgines Regi, ait Psalmista, sed tamen post eam. Hæc omnia considerate in latronis conuersi one iam iã vltimũ vitæ spiritũ exhalantis: hæc in Mattheo sedẽte in thelonio. Auxilia ergo diuina, seu motiones, quę ipsam intimè vrgent volũtatẽ & rationẽ, prout cõuenit & requiritur, atq; vt debetur, efficaciter præparãt. Et nota quòd aliter inuenitur efficacia infallibilis in hac motione Dei præuia ad justificationẽ, quàm inueniatur in illis, quæ prẽueniũt arbitrium vel ad malũ, vel ad consensum purè ordinis naturalis. Nam in auxilio Dei ex modo motionis specialis inest efficacia ascribiturq; & attribuitur noster cõsensus ex integro Deo mouenti ex virtute sua: at in alijs nõ inest efficacia ex modo motionis ita, sed requirunt alia multa, iuuaturq; sæpe mala illa efficacia prauis dispositionibus praui arbitrij vsu conquisitis, ex quibus pẽdet infallibilitas, & in quibus noscitur à Deo certò consensus. Iam si talis est efficacia auxilij diuini, quomodo poterit euenire, vt cum eius æqualitate vnus pro vsu arbitrij resurgat alio nõ resurgẽte? Cæterũ si fiat sermo de ipsa efficacia formali actuali, quæ est ipsa conuersio, nullus negabit quòd non prioritate subordinationis physicè & efficaciter iuuemur à concursu salua semper libertate. *Act. 9.* *Psal. 44.*

Ex his omnibus ita poterit difiniri auxilium efficax: Physica motio, seu instigatio in ipsa voluntate, & ratione physicè recepta, natura saltem prior consensu nostro, qua Deus Optimus Maximus sic nos instigat, mouet, & præuenit efficaciter & vehementer, vt certissimè & necessario *Diffinitur auxilium efficax.*

neceſsitate infallibilitatis ſequatur conuerſio ſeu conſenſus, vt fructus illius efficaciæ vt adæquatæ & totalis cauſæ. Vel ita diffinito. Auxiliũ efficax eſt quod nõ tantum habet virtutẽ ad ipſum effectũ vt ſimpliciter poſsibilẽ, ſed habet etiam virtutem expeditã, vſuam, & executiuã ad effectum infallibiliter producendũ: Reſpicit quippe effectũ vt infallibiliter futurum. Et nota, quòd cũ illæ illabantur menti cogitationes, quæ plus quadrant appetitui, ac diſpoſitioni eiuſdem, & hæc ſympathia ſupernaturalis & vnio potentiarum in anima ſecretò faciat, vt ſequatur & arrideat intellectus in cogitando ijs, in quæ voluntas inſtigata, & ſagittis auxiliorũ Dei efficaciter confoſſa propẽdet; proculdubio, etſi non prædeterminet eodẽ modo phyſicè auxilium efficax, ſicut determinat motio, quæ neceſsitat impediendo libertatẽm: at infallibiliter prædeterminat, phyſice quatenus per id phyſicũ, & phyſicè quod facit in voluntate & ratione, ſuperat omnia impedimẽta, eaq; repellit prœueniẽdo rationẽ, claudendo oſtiũ diuertentibus ſeu auertentibus, & faciẽdo vt faciamus. Auxiliũ ſufficiens, vt dixi, eſt quod quantũ attinet ad potentiam, ſufficientem defert virtutẽ: non tamen ad ſuperanda omnia impedimenta, nec cum requiſita firmitate, modo dicto in præcedẽtibus. Iã ſi ex nõ ablatione impedimentorũ neceſſariò ſequeretur neceſsitate conſequẽtis ſimpliciter diſſenſus, non imputaretur tacto per auxiliũ nõ cõuerſio: at non ſequitur niſi infallibiliter, & neceſsitate cõſequentiæ. Ac proinde, qui reſurgit, ob miſericordiã Dei reſurgit: & qui cadit, ob ſuã malitiã cadit, vt ita mirificè in illo miſericordia & gratia Dei eluceat: in iſto autẽ juſtitia. Sed tamen animaduerte, quòd non ita pura neceſsitate cõſequẽtiæ ſequitur conuerſio ex auxilio efficaci, ſicut non conuerſio ex negatione eiuſdẽ. Nã auxiliũ efficax eſt efficax cauſa conuerſionis illius, ſeu conſequentis, & non tantum ipſius conſequentiæ: at quia cauſat non niſi neceſsitate infalli-

Diffinitur auxilium ſufficiens.

Digitized by Google

infallibilitatis, dicitur aliquid habere de necessitate consequentiæ. Quando ergo Diuus Thomas vel alij Doctores docent necessitatē consequentis impedire libertatem, solam eam appellant necessitatē consequentis, quæ dicitur à D. Thoma necessitas coactionis, & eam vocant necessitatem consequentiæ, quæ vel non inuoluit causam consequētis: vt negatio auxilij respectu peccati subsecuti: vel, si inuoluit, est efficax necessitate infallibilitatis tantum, quæ optime cum libertate conciliantur. *Quæ necessitas consequentis libertatē non impedit.*

Et his etiam colligē quod in ipso auxilio efficaci inuenitur virtus vsiua efficax, ita requisita per se in illa physica motione, vt sine illa non detur auxilium efficax, & illa data detur. Et hanc efficaciam requirit quæuis ratio & voluntas creata etiam Angelica saltim ad eliciendum actum, qui est vltima dispositio ad gratiam: nam ad non resistendum non est adeo præpedita, non tamen magis dispositā, sed minus non disposita, sicut primus parens in statu innocentiæ. Iam naturalis minor non dispositio, vt naturalis, non dicit infallibilem ordinem ad grātiæ consecutionem, nisi à Deo, vt auctore gratiæ assumatur per suum auxilium. Consulto dixi adeo præpedita: nam etiam habet sua impedimenta, nempe amorem propriæ excellentiæ, & alia, quæ impedimenta vitare, de illisque triumphare, non mediocriter auxiliorū cōmēdat virtutē, etiā in Angelis. Et nota quod hæc efficax motio bene potest esse ipse idem concursus, seu auxilium Dei simultaneum: non vt est præuium ordine tantum: hoc enim non tam est auxilium, quàm concursus: sed vt præuenit natura, in sui excitatione, & inchoatione. Motio enim inchoata constituitur in ratione consensus accedente determinatione nostra. Quæ ergo naturalia sunt, non augent virtutē supernaturalē neq; efficaciā; esto aliquo modo ordinari possint ad cōquisitionem. Et rursus in hominibus habentibus naturaliter hæc munera diuina: vult Deus ordi-

nari,interea naturalia alioqui,ad præstanda quedam requisita ad vocationem supernaturalem, non quia hoc præstare non possit efficaciter ipsum auxilium efficax,sed vt sensim, interius modo magis ordinario procedatur. Et in hoc sensu asserebat Augustinus,habere quosdam homines naturaliter quoddam munus diuinum,vt respondeãt Deo vocanti.Quod etiam intelligi potest,quatenus quidam homines habent naturaliter quoddam diuinum munus, non vt viribus naturæ se disponant ad gratiam, seu crescant vires arbitrij alioqui non efficaces, sed vt minus resistãt Deo vocanti,ad quam non resistentiã, vt est præscisse ab arbitrio, seu viribus naturæ, non infallibiliter sequitur gratiæ infusio, sed secundum quandam remotam congruitatem. Vnde non assentimur cuidam Neoterico, qui suo lib.3. de auxilijs cap.2.numero 6.in hunc modum habet. Si homo habens naturale lumen rationis ita se gereret, vt nullum nouum impedimentum gratiæ adhiberet, infallibiliter oportuno tempore auxilium, vel vocationem gratiæ reciperet, non ex suo merito,sed ex generali illa liberalitate Dei,qua stat ad omnium ostium, & pulsat.Non, inquam, arridemus ei,dum asserit esse regulam infallibilem. Quod ego arbitror est, quod nunquam de facto hoc facimus nisi ex auxilio Dei.At si daremus hãc hypothesim non esset infallibilis vocatio,maximè cum facienti hoc ex solius naturæ viribus posset,si vellet Deus saltim in pœnam peccati originis iuste negare auxilium. Si vero hoc faceret ex auxilio Dei, esset infallibilis consensus: nam quando dicitur facienti quod in se est Deus non denegat gratiam, intelligitur de faciente ex auxilio diuino supernaturali. Collige tandem non placere efficaciã respectiuam à quibusdã introductam, sed absolutam alioqui non ordinatio diuina, sed præscientia discerneret prædestinatum à non prædestinato: Vnde auxilium efficax, quod vnum conuertit, quamuis alium

Non placet efficacia respectiua.

conuer-

conuertisset. Non augetur nec perficitur virtus supernaturalis & ordinis gratiæ per naturalia, esto naturalia supponat, sicut gratia naturam.

Non placet sola efficaciamoralis.

Etiam collige non esse hanc efficaciam auxilij diuini explicandam per solam moralem præuentionem, sed per physicam, quæ est motio efficax recepta in voluntate: nam vt constat ex Diuo Thoma in Disputatis quæstione tertia de causa peccati articulo tertio duobus modis potest aliqua causa præuenire vel prædeterminare, vt sequatur liber consensus. Primo disponendo vtcumque, & consiliando, vel suadendo: secundo modo perficiendo, perficere autem est eius, qui potest directè dare vltimam dispositionem ad formam. Ait ergo Sanctus Thomas, quod disponendo vel suadendo, aut consiliando prædeterminantia non habent efficaciam, hæc enim moraliter mouent, & ita ad illa non statim sequitur effectus. At ad ea, quæ præueniunt perficiendo, vt auxilia diuina, quæ directè inclinant voluntatem, statim sequitur effectus. Ex his colligit Diuus Thomas, quod nobis diabolus non est causa peccati perficiendo, sed consiliando & mouendo moraliter: ac proinde cùm Deus non sit causa peccati, remanet, quod causa peccati perficiens sit sola voluntas deficiens. Obserua nihilominus, quod etsi præuenientia ad peccatum non illam physicam habeant efficaciam, quam prædeterminantia auxilia Dei ad bonum: adhuc nihilominus in illis & in natura arbitrij defectibilis infallibiliter nouit Deus consensum malum, quia arbitrij natura cum illorum præuentione dicit præuenientiam perficientem. Itaque consensum malum nouit, non in natura arbitrij per scientiam illam mediam, iam confutatam, sed in disponentibus, & in libertate ita antecedenter ad consensum disposita, seu dispositiue prædeterminata, & præuenta. At auxilia diuina, seu motiones diuinæ, vel Deus

Auxilium diuinũ prædeterminãs vt perficiẽs causa.

per au-

per auxilia dicitur causa perficiens prædeterminando independenter à natura arbitrij, vt perficiente, requisita tamen vt perfectibili: requiritur enim, vt natura libertatis sit capax huius perficientis prædeterminationis, quæ planè perficiens non esset, si purè moralis esset. En ex D. Thoma, quomodo Deus per auxilia non dicatur coadiutor, nō partialis causa, sed perficiens, inchoans, & complens vltimam adhibendo dispositionem, & formam introducendo talem, cuius præcipua causa solus Deus esse potest. Quod etiam præter exteriora mouentia moraliter requiratur intima & physica motio in corde seu voluntate hominis recepta, vt homo præparetur ad gratiam, probat Dius Thomas art. 7. Quodlib. 8. ex illo Pro. 21. cor Regis in manu Dei, quocunque voluerit, uertet illud. Eandem veritatem astruit D. T. ibi ex quadam doctrina Aristo. cap. de bona fortuna. Videatur D. Thomas loco dicto, vbi contra. Pelagium præfatam veritatem diffinit.

Deus nō dicitur coadiutor, partialis, aut subordinata causa. D. Thomas.

Etiam collige non placere quendam neotericum Thomistam, quatenus affirmat, quod auxilium efficax addit supra sufficiens non tantum maiorem virtutem vsiuam, seu quæ dicat ordinem ad futuritionem, & exercitium, & ad remouenda impedimenta, sed maiorem virtutem respectu effectus, vt simpliciter possibilis: nam fit consequens, quod sufficiens, esset insufficiens, & quod tactus sufficienti, non nisi negatiuè esset impœnitens: itaque non placet ille modus dicendi, nisi concomitantem concursum appelles efficaciam: quod est facere omnino sensum compositum, & non vsurpare ea, quæ simpliciter consensum antecedunt: vel, nisi loquaris de consensu considerata omni positiua entitate, quam habet. Non itaque loquimur de concomitante auxilio, huius enim physica efficacia ad eleuandam & proportionandam potentiam prioritate illa subordinationis quis audebit negare? Quis non obseruat eum, qui conuertitur

uertitur actu maius quid accipere, quam qui non conuertitur? Sermo igitur est de prædeterminãte & antecedente auxilio, & de hoc dico, quod quando efficax est, habet maiorem virtutem expeditiuam, quam sufficiens. Certè, si habens auxilium efficax, etiam per modum actus primi, haberet illud posse & illam maiorem virtutem, non solum quoad vsum, quoad remouenda impedimenta, interna & externa, sed simpliciter prædeterminantem nos, non tantum mouendo protegentem, nec protegẽdo mouentẽ, sed omnimode determinantem & applicantem, qui habet sufficiens, simpliciter diceretur impotens, vt conuerteretur & qui efficax, diceretur etiam in sensu diuiso, impotens ad resistendum Deo. Similiter etiam, habens donum perseuerantiæ, diceretur impeccabilis, quod est falsissimum. Fatemur itaque ingenuè auxilium efficax continere amplioré & maiorem virtutem, quam sufficiens, non respectu effectus absoluè, sed respectu illius vt infallibiliter futuri. Et certe illum deffectum, seu impedimentum, quod dicitur fastidium seu nausea, qua retardatur, & diuertitur voluntas iam ab obiecto, iam ab exercitio actionis superare, maiorem arguit virtutem, quæ & protegat mouendo, & moueat protegendo intime. Præterea etiam volo notes duobus modis peccatorem posse efficaciter conuerti ad Deũ. Primo ia vt immediate ante instans iustificationis, & infusionis gratiæ ille homo sit peruersus, ea ratione, qua Paulus, qui ante illud instans fidem impugnabat teste D. Thoma quæst. 18. de iustif. mpij art. 3. ad 19. Secundo modo fit cum præparatione, quæ tempore præcedat. Est ergo considerare auxilium efficax, quando fit iustificatio cum præparatione, quæ tempore præcedit gratiæ infusionem, & est motio efficax, quæ efficaciter præparat: & rursus auxilium efficax, quod est ipsa physica motio, qua Deus infundendo gratiam in instanti iustificationis mouet efficaciter arbi-

Nota duplex auxiliũ efficax

D. Thomas.

trium & rationem ad conſenſum liberum: & hoc auxilium in eodem inſtanti adeſt, à gratia, quæ infunditur, vt præcurſor miſſum. Eadem enim gratia, vt eſt in infuſione, mouere poteſt ad ſe ipſam, vt in termino. Hinc iuſtificatio impij non completur per ſolam gratiæ infuſionem, eſto hæc
D. Thomas. requiratur, vt docet Diuus Thomas loco dicto ariculo 4. ad 1. Gratia ergo vt incipit per hunc motum quaſi tangere cor, vt ſibi faciat locum (nam ſub hac ratione non intelligitur ingreſſa, ſed præparans ſibi locum, & viam ad ingreſſum, nec homo ſub hac ratione dicitur iuſtificatus, nec gratiam habere intelligitur in termino, ſeu quiete) ita tangit, vt infallibiliter ſit conſenſurũ arbitrium in eodem in-
Geneſ. 38. ſtanti, abſque vlla libertatis iactura. Eadem, inquam, gratia, vt alter oriens Zara propria manu, ad ſui, & germani metus Phares ortui viam parat: & iſte præcurſor eſt motio efficax in eodem iſtanti temporis infuſionis gratiæ communicata: ea ergo eſt gratiæ nobilitas, vt nullo alio, quam ſeipſa obſtetricante naſcatur. Per gratiæ itaque infuſionem efficaciter operatur in nobis liberum conſenſum noſtrum
D. Thomas. teſte D. Thoma loco dicto aricnlo 3. ad 10. ad 29. & ad 20. Vnde non arrideo quibuſdam, qui tantùm norunt vltimã efficaciam à qua poſitiuus eſt conſenſus contritionis: omnia autem auxilia tempore præcedentia vocant ſufficientia. Nonne ſicut efficaciter poteſt Deus prædeterminare ad poſitiuum conſenſum contritionis, poteſt etiam ad hoc vt non reſiſtamus Deo diſponenti, ſeu vt non impedimentum apponamus, quod auxilium interea tempore præcedit gratiæ infuſionem? Ita planè: alioqui ad hanc non reſiſtentiam efficaciter habendam vſus arbitrij non reſiſtentis, efficaciam adderet auxilio ſufficienti, quod Thomiſta non cõfitebitur. Nam ſequitur, quod ſtante omnino æquali hoc ſufficienti auxilio, altero nõ reſurgente reſurgat vnus, qua tenus pro vſu arbitrij nõ reſiſtat, & ex eo recipiat proximã

efficã-

efficaciam à Deo. Vel enim non resistenti, cum sola præuẽtione sufficientis, additur ex vi non resistentiæ, vt ab vsu arbitrij infallibiliter efficacia: vel quatenus secundùm quandam congruitatem à Dei liberalitate hoc est piè sperandũ. Illud primum nego: hoc secundum non displicet, at non inducit infallibilitatem conuersionis. Cum hoc tamen stat vt dixi in præcedentibus quod Deus, eius, quem vult conuerti efficaciter, & conteri, cor ita etiam in ista inchoatione, quam dicimus tempore præcedere, præueniat, mentem illuminet ita firmiter, vt ex modo tactus & illuminationis diuinæ sit infallibiliter non repugnaturum cor hominis, & ita infallibiliter addenda efficacia vltima. Videas Diuum Thomam 1.2.q.112.art.3.in cor.

D.Thomas.

Noui hanc auxilij efficacis diuisionem videri nouã quibusdam nouellis, & neophytis Theologis, qui adhuc in ipso versantur Theologiæ tyrocinio. Legant isti D. Thomam 1.2. & in disputatis quæstionibus, in materia de hominis iustificatione, & inueniẽt duobus modis posse hominẽ disponi ad gratiam efficaciter consequendã. Primo, quatenus homo toto tẽpore ante instans iustificationis sit peruersus, omninoque in dispositus sicut Paulus: adueniente tamẽ vehementissimo auxilio in eodem instãti negociũ inchoatur, & perficitur. Secundo, quatenus sensim disponitur, etiam ante instans iustificationis: nimirũ tẽpore precedenti, & tũc est distinguẽda duplex efficacia: altera, qua efficaciter præparatur tẽpore antecedẽti: & altera, qua vltimate in instãti justificationis disponatur, nisi velis ab vnitate termini totũ hoc pro vna efficacia cõputari. Eandem veritatẽ habes ex præsãMath. 13. in muliere, quę absc̃odit fermẽtũ illud diuinũ, quod est auxiliũ Dei, infarinę satis tribus, donec fermẽtatũ est totũ. Quod efficax erat, quasi virtualiter, quatenus sẽsim actuabat, taleq; erat, vt adueniente vltima efficacia, totum fermentaretur, & tandem contritione coctum

Taxantur quidã Tyrones Thomistæ.

D.Thomas.

Math. 13.

panis esset. Sicut agricola semen iacit in autumno, quod quasi mortuum sub terra tenetur, niuibus, ventis, alijsque cœli iniurijs vrgetur, & in vere flante austro & fugante aquilonem, virentia folia & frondes apparent: ita Deus auxilium impertitur ei, quē in vere vult complete conuerti, quando hyems transijt, & flores apparuerunt in terra nostra, quod auxilium quamuis à longe, suam habebat nihilominus ex beneficio Dei efficaciam, & infallibilem ordinem ad gratiæ consecutionem, quam non habebat in alio, qui aduenientē vere non apparuit, vel quatenus volucres cœli comederunt, vel quatenus suffocatum fuit. Non ergo aspera, quæ tam suauis est præcedens efficacia videatur.

Est itaque acquiescere, seu non resistere Deo præuenienti, etiam ante instans temporis iustificationis, & consentire in instanti iustificationis. Certe præparanti Deo per auxilium sufficiens tantum ante instans iustificationis, & non per efficax ad habendam illam antecedentem non resistentiam, infallibilis erit præcedens resistentia. Si autem etiam tempore præcedenti efficaciter disponat, erit non resistentia infallibilis, & infallibilis additio vltimæ efficaciæ. Nam facienti quod in se est auxilio efficaci, Deus non denegat gratiam. Et ideo præcedens illud auxilium dicitur efficax: nam eo præuentus infallibiliter conuertitur, cùm sit infallibilis receptio vltimæ efficaciæ. Certe, nisi hanc diuisionem admittas in aduersariorum sententiam declinabis. Siquidem, vel auxilia tempore præcedentia iustificationem sunt efficaciter dispositiua ad vltimam dispositionem recipiendam: vel sufficientia tantum. Si primum, habeo intentum: si secundum, aut erit semper infallibilis nō receptio vltimæ efficaciæ: aut discretionis negotiū in bonū vsū arbitrij deuoluetur. Si enim in duobus est sufficiēs, quare nō resistit alter, altero resistēte?

Non

Non enim eos discernit auxilium, vtpote in vtroque æquale,& sufficiens. Admittenda est igitur duplex illa efficacia modo præfato,cum dispositio tempore præcedens, etiam sit supra vires naturales arbitrij,sicut,quæ habetur in iustificationis,nisi velis incidere in sententiam,quam confutare conamur.

Etiam obserua duplici de causa requiriri auxilium. Prima,ratione improportionis facultatis naturalis ad opus supernaturale: & loquendo de necessitate auxilij hoc titulo, remiror,quod aliquis dicat(tam in Angelis,quam in hominibus in quouis etiam statu)stante æquali auxilio posse vnum resurgere,altero remanente: vel posse resurgere pro bono vsu arbitrij eũ,qui minus suscepit. Quia omnis naturalis facultas deficit ab ordine gratiæ, & adhuc magis vsus nostri arbitrij. Secunda,ratione vertibilitatis, seu mobilitatis ad malum, aut ratione impedimentorum occurrentium. Et certum est, quod non æqualiter militat hæc necessitas in Angelis,& hominibus,& in omni statu. Sed nec tunc dicendum est quod libertas creata pro suo bono vsu sit minus impedita,aut indisposita,minus vertibilis, seu mobilis minus ad malum,sed à Deo hoc habet,qui author gratiæ,& naturæ existens,quę naturalia sunt,potest ad gratiam ordinare, & multo magis,quæ supernaturalia sunt.Potest in quam ordinare illa naturalia ad gratiam, nõ quomodo cunque,sed speciali beneficio & auxilio,quatenus nouo titulo supernaturali sit minus indispositus, seu non impeditus salubriter, & prout oportet, vt gratiæ assecutio sit infallibilis. Itaque, etiam datur esse non impeditum salubriter & prout oportet,quod fit speciali beneficio,& esse non adeo impeditum pure naturaliter,& hoc remotissimam quasi congruitatem dicit, ac proinde poterit Deus(si placuerit)dare auxilium, quo illa non impeditio eleuetur,dicatque ordinem ad gratiam.Vide D.Thomam 2.2.loco inferius citato. Hinc aliud

Duplex minimitat auxilij diuini necessitas.

eſt dicere: an ſtante æquali auxilio de nouo ſuperueniente, ſuppoſito tali ſtatu vel diſpoſitione naturæ, poſsit vnus eſſe minus impeditus, & indiſpoſitus (non dico diſpoſitus, vel non impeditus, vt oportet) quam alter, dum tamen nunquam dicas hoc prouenire ex vſu arbitrij (niſi accidat quòd libere purè intra ordinem naturæ abſque ſpeciali auxilio aliqua opera bona moraliter faciat quis, per quæ, eſtô non ſit diſpoſitus, aut expeditus, tamen non adeo impeditus, & indiſpoſitus eſt ad gratiam: hoc enim non impugno, non impeditus inquam, abſolute, non autem prout oportet: nam non adeo indiſponi, vt oportet ex gratia eſt) & aliud, an ſtante in duobus æquali auxilio, quod militat pro diſponenda, eleuanda, & expedienda potentia ad actum ſupernaturalem conuerſionis, conuertatur alter pro bono vſu arbitrij: hoc enim reijcio, & in hoc ſenſu præcipuè procedit noſtra controuerſia. Iam quando indiſpoſitio, ſeu paucitas impedimentorum non prouenit ex auxilio gratiæ, non dicit vt ſic infallibilem ordinem ad gratiæ conſecutionem: ſed vt omnia hæc à Deo nec fidelitate obligato, vt authore gratiæ auxilio eleuari poſſunt. Et cum in hoc ſenſu iam adſit maius auxilium & beneficium, ſimpliciter dicito, quòd ſtante æquali auxilio, nunquam vnus altero eſt magis indiſpoſitus, vel non impeditus. Sed tamen quia reſurgere reſpicit auxilium quod dat vires, expeditionem, & proportionem (non enim non eſſe à Deo indiſpoſitum eſt reſurgere) de quo eſt controuerſia, omnino nego, quòd cum æquali auxilio, vtcumque hoc conſideretur, reſurgat vnus, altero remanente: & aſperius audio: ſi dicas pro bono vſu arbitrij.

Nunquam pro bono vſu arbitij reſurgit vnus altero remanente, ſuppoſita auxilium æquali tate.

Auxilium nõ datur in ratione facultatis, ſed diſpoſitio eſt facultati ſuper addita.

Obſerua vlterius, quod efficax auxilium, non dicitur relinquere facultatem indifferentem, quatenus facultas poſſit bene, vel male vti auxilio efficaci: ſed quatenus illa efficacia ſecum compatitur indifferentiam arbitrij, etiam

in

in ſenſu compoſito oppoſitam coactioni,& neceſsitati præpedienti libertatem Vnde non ſicut à quibuſdam dicitur vniri lumen gloriæ in ratione facultatis, ſeu quaſi cuiuſdam glorioſi intellectus (quod ita falſum eſt ſicut aſſerere poſſe dari intellectum creatum, cui ſit naturale videre Deum) ita vnitur efficax auxilium in ratione cuiuſdam libertatis, ſeu facultatis, ſed in ratione diſpoſitionis ſuperadditæ libertati, vt eleuet illam. Nec eſt per modum habitus, quo vtimur, cum volumus, & relinquit potentiam non infallibiliter determinatam ad actum, quinimo auxilium, cum determinet infallibiliter ad actum habet modum cuiuſdam virtutis, non actualis, ideſt explicatæ in actum, ſed nec ita per modum actus primi, vt poſsit infallibiliter non agere, ſed per modum actus primi, quatenus ita diſpoſita eſt, vt cum illa indifferentia, quæ eſt ſatis ad libertatem ſit infallibiliter conſenſurum arbitrium.Sicut habere libertatem, quæ non poſsit malum agere, ſed intra latitudinem boni, hoc, vel illud,non eſt habere libertatem arctatam, ſed magis liberam: ita habere libertatem taliter auxilio diuino præuentam, vt ſit infallibiliter actura, & conſenſura hic, & nunc, non opprimit, nec impedit, ſed potius perficit, & expedit libertatem. Itaque auxilium efficax non eſt facultas, nec libertas ipſa, ſed diſpoſitio eleuans libertatem,& dans ſecuritatem,vt infallibiliter ſequatur conſenſus. Vnde,habet arbitrium ex ſe poteſtatem non naturalem, ſed naturæ ad conſenſum ſupernaturalem: habet non repugnantiam, vt eleuetur: per auxilium ſufficiens iam habet magis,cum dicatur potens & non niſi culpabiliter poteſt apponere impedimentum modo iam dicto. At per efficax habet id, quo efficaciter eleuatur potentia ad conſenſum. Et quamuis auxilium efficax remotum, quod etiam aliquo tempore præcedit & præuenit noſtrum conſen-

Lumen gloriæ non vnitur in ratione intellectus cuiuſdam.

Auxiliũ nõ eſt facultas ſed facultati ſuperaddita diſpoſitio.

etsi ob ingenij nostri imbecillitatem, difficilis sit huius infallibilitatis intelligentia: tamen verissima distinctio est, & pro hac difficultate de efficacia auxiliorum tam oportuna Thomistis, quam aduersarijs molesta, & importuna. Videas etiam D. Thom. q. 24. de lib. arb. ar. 13. c. vbi notat, quod etsi homo per habitum gratiæ possit vitare omne peccatum mortale: tamen illam infallibilitatem & immobilitatem nunquam de facto cadendi non habet nisi per donum perseuerantiæ: si enim pro vsu arbitrij hoc faceret, se constitueret impeccabilem. Pariter dico quod sufficiens dat posse, cui infallibilitatem conuersionis, non addas ex vsu arbitrij: non enim potes tu te ipsum immobilem hic & nunc facere & infallibilem ad consensum absque dono auxilij efficacis.

Etiam velim notes, quòd etsi moueri, seu prædeterminari à Deo non fiat formaliter media actione elicita à voluntate: nam prius est immutari à Deo, quam agere saltim natura: at in ipsa immutatione, seu motione est distinguere, hoc quod est pure recipere immutationem à Deo, in quo voluntas passiuè se habet, & inclinationem actualem, seu motionē ad tale bonum, quo tangitur voluntas mota in illa inchoatione actus, & hoc non fit absque actione voluntatis. Quamuis ergo à solo Deo tunc immutetur: non enim se immutat, aut reuocat de potentia ad actum: at immutata non mouetur ad aliquod bonum vel libere, vel necessario sine actione à se elicita. A solo ergo Deo esto mutetur: nō tamē sine actione à se elicita mouetur ad aliquod bonū actu.

Voluntas nō mouetur ad aliquid sine actione à se elicita.

Explicatur efficacia à Caietano.

ACCIPE elegātem doctrinam ex Caietano super Mathæum cap. 14. vbi habet maxime distingui duo hæc, nempe habere potentiā ad credendū: & habere hic, & nunc bonum vsum huius præaccepti doni. Nā quamuis

Efficacia dat & posse, & vsum.

Efficacia est assistētia auxilij dās bonū vsum doni accepti

per donum fidei posis credere: vt tamen hic, & nunc bene vtaris dono, & gratia Dei inte vacua non sit, requiritur speciális assistentia auxilij diuini, sine qua, posse fide habebis, non autem infallibiliter bonum vsum. Et ratio est: quia non est idem habere posse, & habere posse omnino, & in omni euentu expeditum. Iam impedimentum (vt dixi superius) vel tale est, vt ad ipsum necessitate consequentis rigurosa sequatur non vsus, seu non applicatio aut non consensus: vt si apassione absorberetur ratio prorsus tunc enim non esset culpabilis: aut ex impedimento sequitur tantum necessitate consequentiæ, seu infallibilitatis non vsus: & tunc culpabiliter non vteretur, seu non consentiret voluntas. Sicut ergo hæc secundi generis impedimenta non necessitant necessitate consequentis rigurosa ad non vsum: ita nec efficacia auferens illa necessitat coactione, vel impediē do libertatem adbonum vsum, sed infalli biliter. Dat ergo posse sufficiens auxilium: efficax verò dat posse expeditum. Quotidie obseruant etiam sancti homines, quod præter gratiam alia que dona cum illa infusa, requiritur perseuerantiæ magnum donum, sicut etiam habetur in Concilio Trident. ad perseuerandum de facto. Nam gratia dat posse perseuerare: donum autem perseuerantiæ expeditionem in omni euentu vsque ad finem vitæ. Videas ergo, quo pacto posse, & expeditio potentiæ maxime distinguantur. In effectu itaque est considerare posibilitatem nudam, & ita auxilium sufficiens dicitur esse satis ad producendum effectum, qui est non resistere: & est vlterius considerare in effectu ipsam infallibilem futuritionem, quæ non dicit specificationem in effectu, sed exercitium: sicut nec virtus efficaciter applicatiua potentiæ dicit distinctam rationem potentiæ super potentiam applicatam, sed modum quendam virtutis, non defferens nouam speciem, sed virtutem vsiuam: & in hac consistit efficacia.

Duplex impedimentū consensus.

Quid sit donum perseuerantię.

Sufficientia respicit posibilitatem: efficacia etiā infallibilē futuritionem.

In quo consistat efficacia præueniens.

Ex

Ex magistro Raymundo Paſqual ordinis Prædi. Barcino, explicantur ſufficiens auxilium & efficax.

LIbet etiam hoc loco inſerere acutiſsimam doctrinam noſtri magiſtri F. Raymundi Paſqual, humilitate, ſanctitate, & doctrina inſignis, quam habet in ſuis commentarijs ſuper Paulum ad Rom. cap. 7. vbi non ſemel, ſed ſæpe auxilia gratiæ efficacia appellat. Habet igitur in hunc modum ſuper illa verba Pauli, Velle adiacet mihi, perficere bonum non inuenio. Velle, & perficere ad idem referri debent: nam, quando dicitur velle adiacet mihi, notatur facultas volendi (quæ plane etiam per auxilium ſufficiens habetur) quando vero additur, perficere non inuenio, mirifice exprimitur facultas executiua efficaciterque expedita ad conſenſum. Iam ne cum Palagio fallerere dicendo initium boni operis eſſe à nobis, quatenus dicitur velle adiacet mihi: perficere autem à Deo, notat iſte magiſter vtrumque eſſe à Deo. Nam ad Philip. 2. habes, operatur in in nobis, velle, & perficere: ita D. Thom. 1. p. q. 83. art. 1. ad 4. Dicitur nihilominus nobis adiacere ſeu eſſe in noſtra poteſtate illud velle ſeu electio, quæ non dicit conſummatum conſenſum, quia nulli negatur: vel quia ad habendum illud velle non ita impediri poſſumus, ſicut ad perficiendum & conſummandum conſenſum: ac proinde perficere requirit efficaciam. Et nota quod perfectio attenditur in actione interiori ſeu conſenſu præcipue. Velle ergo adiacet ſuppoſito auxilio ſufficiente: conſummatus autem conſenſus non, niſi adſit efficacia. Habes igitur ex Paulo, explicante Diuum Paulum

ad Rom. 7.

ad Phil. 2.

Digitized by Google

tur firmæ, quæ aſsiſtentia neceſsitatem inducit infallibilitatis, & non illam, quam patiuntur beati in Patria, in qua amor beatus ratione indiget tantum vt proponente: in via vero, dum eligit, etiam directiuè diſcernente, & præponderante, ſeu obiectiuè determinante. Determinante inquam, non efficienter, vel quo ad exercitium: ſed obiectiuè, vt dixi. Nam efficienter quoad exercitium nunquam voluntas determinatur à ratione: niſi hoc ab eadem habeat voluntate: vt in imperio.

Appendix.

ANIMADVERTAS Etiam amplius pro his omnibus melius intelligendis. Duplicem actionem noſtræ voluntatis, alteram, quam habet omnino antecedenter ad conſenſum in illo initio, quo tangitur à Deo, & alteram, quæ eſt formaliter ipſe conſenſus. Illa prior eſt voluntaria; non autem libera in illa inchoatione. Si ergo per impoſsibile creatura ita directè tangeret cor alterius, actus ille nec voluntarius eſſet in illa inchoatione, vtpote à principio extrinſeco. Deus autem voluntatis author eſt, & cum quadam eminentia, quaſi intrinſecum principium, & ita non infert violentiam. Sicut enim idea diuina eſt ratio intrinſeca creaturæ, non informando ſed eminenter; ita & voluntas eius principium. At ſi fiat ſermo de conſenſu, non eodē modo mouet voluntatem ſine ipſa, ſed cum ipſa, cum ſubordinationis prioritate. Nec eſt intelligibile aliquod inſtans naturæ, vel rationis, in quo voluntas incipiat moueri libere, ea nō ſe mouente. Nā quāuis operans adſit in nobis ſine nobis; non tamē cooperans. Iam ſi per inceptionē prædeterminationis intelligas tactum efficacem, ad quem, ſaltim in alio inſtanti naturæ, ſequatur vt fructus noſter conſenſus,

Nuda ſubordinatio cauſæ 2. ad 1. non dicit prioritatem naturæ.

tiuam, seu denominationem quæ (vt dixi in præcedentibus) est inadæquata ratio consensus. Ab arbitrio, inquam, si consideretur per modum actionis. Nam per modum effectus, quando consensus est bonus, ab auxilio efficaci Dei procedit etiã, quod antecedenter se habet, & facit vt faciamus. Nã quãuis actiones necessarias, & etiã liberas, & omnes effectus, quoad omne positũ omnino attingat, & faciat modo dicto sua increata actione: vt tamẽ stat sub illa negatione, seu denominatione facit faciẽdo, vt facimus, quod est satis, vt solus Deus sit simpliciter primũ mouens immotũ.

Appello, & appellaui illam inadæquatam rationem consensus negationem, vt omne positiuum immediate Deo detur. Nam nisi asperè, & durè in aures influeret, non videretur inconueniens quod id, quo determinamus motionẽ Dei, sit aliquid positiuum per modum respectus, seu denominationis, cum tota realitas horum, & actualitas à fundamento, quod est à Deo, sit. Quid mirum, cum relatio nõ dicat nouã perfectionem, nec entitatem addat, vel adducat, quod aliquis respectus possit adesse in manu consilij nostri relictus? Hoc enim non est aliquid facere, sed in factis aliquid cõsequi, est me animaduertẽte, & cognoscẽte, actionẽ subire denominationẽ cõsensus. Deus mecũ facit illã actionẽ, ad quã, vt à Deo, nõ sequitur illa denominatio, quę sequitur, vt est ab arbitrio nostro. His nihilominus nõ obstãtibus videtur magis tutũ mihi, quod id quod omnino nostrũ est, sit negatio, & ideo consentimus, quia ita volumus, vt suspẽdere possimus actionẽ. Resoluo igitur omnẽ entitatẽ, modũ entitatis, siue relatiuã, siue absolutã, esse à summo fonte Deo omnẽ etiam denominationẽ positiuã (qui enim facit entitatẽ, & formã facit relationes, & denominationes consequentes) ac proinde arbitrium nostrum, nisi vt subordinatur concursui simultaneo diuino, & concausationi diuinæ immediate concurrenti, & cooperanti, & non

tantùm

linquat prõptusque sit. Hoc enim habet singulare motus, quo Deus mouet voluntatem ad liberè agendum, vt mouendo optionem, aut saltim permissionẽ oppositi habeat, non enim eo pondere fertur, quo in Deum clare visum, vel lapis incẽtrum, remota omni indifferẽtia: sed eminens quidam motus est, & admirabilis (vtpote cuius est, capax potentia vniuersalis) ita vt cum indeterminatione determinet. Sentit enim voluntas se non rapi, sed suauiter inclinari, & inter illas instigationes non liberas obseruat suam libertatem. Imo, quamuis quoad actus completos sit indiuisibilis prora voluntatis: tamen non est inconueniens, quod simul adsit motus in ratione cuiusdam istigationis ad oppositum saltim in ratione boni in communi, vel ad volendum cessare. Est enim voluntas, & natura, & libera: &, vt natura, materiam sibi, vt libera est, ministrat. Itaque voluntas facultas est vniuersalis, & motus cuiusdam quasi vniuersalis (non in prædicando) est capax, quem, vt dicam determinat sicut materia formam. Ad institutum ergo rediens dico quod etsi suspendas actione positiua, libere tamen suspendis, quia à te libere coarctatus motus vniuersalis, libere potest ad suam latitudinẽ reduci, vel ad oppositum applicari. His fauet voluntarium ex metu: vtpote mixtum: vide D. Thomam 12.q.6 art.6.& 7.ad 2. Liberi igitur sumus; nõ prę scise quia facimus: sed quia sic facimus, vt posimus non facere. Et huius negationis, omnibus alijs iam à Deo receptis; nempe omni entitate, & entitatis modo, authores sumus; & quando consensus est malus moraliter, ita est à nobis, vt nullo modo à Deo, spectata malitia. Nam, quando bonus, prẽuenimur à Deo ad illum, & facit, vt cõsentiamus, dans non solum motum vniuersalẽ ad bonum, sed faciens, vt nos determinemus nos ipsos ad tale bonũ. Cùm primũ itaq; discernimus, vel discernere possumus, & tenemur, naturæ motus fœcundus & multi formis, ita adest, ita te relinquit in

Nota diligenter.

Fige oculos & considera.

D. Thomas.

Motus voluntatis & volũtas nõ dicũtur vniuersales prædicatione.

quit in manu consilij tui, vt tui arbitrij indifferentiam illico experiare. Iam motum vniuersalem, nõ prædicatione, sed fœcunditate, non perficis, non das entitatem, vel modum entitatis, nec consentiendo es author nouæ entitatis à Deo non receptæ: sed potius præmis & arctas.

Vniuersalẽ motũ à Deo ad bonũ absolute impræsũ, vt potentia ac tũ determinamus consentiendo.

Dices præmere & determinare mouere est: quid ergo? R. non tam esse mouere, quam motum determinare; nõ vt actus potentiam, sed è conuerso. Consentire itaq; nõ est incipere velle, sed vniuersalem volitionẽ determinare. Quãuis ergo quiuis voluntatis motus sit ad aliquod determinatum & vnum: at illa quasi hyatio, seu grauitatio, aut põdus voluntatis ad bonum absolutè, vniuersalis est.

Ex dictis poteris colligere, quod quando Deus cum arbitrio nostro concurrit ad liberum consensum, non habet rationem concursus liberi ille motus vt relatus ad Deum; quamuis sit effectus libere productus à Deo. Nõ enim Deus dicitur illo consensu consentire, sicut nec cognoscere per cognitionem à me elicitam. Quamuis ergo non eodem modo cõcurrat, vel moueat causam liberam, & causam determinatam: tamen non constitit discrimen in hoc, quod concursus receptus in nobis sit consensus Dei, hoc enim falsum est: sed quia mouet, vt fert libertatis natura. Hinc quando dicitur quod Deus causas liberas libere; necessarias necessario mouet, non explices terminum liberè, tantum ex parte Dei mouentis: nam Deus omnia libere mouet; sed ex parte motorum: quatenus causis impertitur motionem & concursum, vt postulat earum natura.

Nota.

Tandem accipe pro radice libertatis melius intelligenda. Vel voluntati proponitur summum bonum clare visum, vel priuatum aliquod, ad quod non aturaliter determinatur, saltim quoad exercitium. Rursus hoc bonum priuatum, vel in inchoatione & primo impulsu: vel in prosecutione. In nulla ex istis operationibus mouet intellectus

Digitized by Google

ctus voluntatem quo ad exercicium seu ex parte potentiæ: ac proinde nec indeterminationem, nec determinationem in hoc sensu habet à ratione, sed cum intellectu, aut dependenter ab illo. Aliud enim est voluntatem non habere indifferentiam sine ratione: & aliud ab illa, hoc secundum non admitto (nisi in sensu nimium radicali) cum primum indifferentiæ formalis subiectum sit voluntas. Hinc, si determinatur necessario ad Deum clare visum, non prouenit, quia sine indifferentia proponatur; nec necessitatur ab obiecto, aliter quam obiectiue: sed ex natura charitatis beatæ dispositæ ad illum amorem. Videas Diuum Thomam 12. quæstione 10. articulo 2. c. afferentem, quod voluntas quoad exercitium à nullo obiecto mouetur, neque ab vniuersali bono. Vnde etsi in patria Deus vt causa est efficiens per charitatem beatam moueat voluntatem quo ad exercitium, at sub ratione boni seu obiecti è regione constitui, non mouet quoad exercitium. Quo modo enim sub eadem ratione è regione, & cum regione erit? Quamuis igitur dirigat, offerat, & proponat, bonū indifferens seu cum indifferentia ratio, & rationis sit directiuè determinare, vel indeterminare: at executiua seu formalis determinatio voluntatis est primo, teste Diuo Thoma 12. quæstione 9. articulo 1. corpore. Et ita (excepto Deo) nulli directè subordinatur voluntas quoad exercitium: nec mouetur voluntas à ratione efficienter, nisi ab eadem voluntate hoc habeat. Itaque quod proponat ratio id; ad quod infallibiliter inclinet se uoluntas in negotio iustificationis ad voluntatis ptæuenientem dispositionem supernaturalem reuoco, à qua, Deo eriam protegente, assistente, & stabiliente, & rationem, & voluntatem, illas germana quadam supernaturali sympathia deuinciendo, habet ratio, vt sic proponat, & ita firmiter, sicut dispositæ est voluntas, & prædetermi-

Nunquam mouetur voluntas à ratione, vtsic, quoad exercitium.

D. Thomas.

Non necessitatur voluntas in patria quoad exercitium à Deo clare viso.

Indifferētia vel determinatio directiua rationis: executiua seu quo ad exercitiū voluntatis est.

D. Thomas.

nata infallibiliter. Videas D. Thomam 12. q. 9. art. 2. dicentē, quod aliquid videatur conueniens bonum ex duobus prouenit; nempe ex conditione eius quod prouenit (& ab hac
D. Thomas. prouenit obiectiuè) & ex dispositione eius, cui proponitur, & ab hac, quo ad exercitiū prouenit. Voluntas igitur primo vult, & quia potest Deus dare voluntati talem dispositionē, vt veniat infallibiliter ex virtute illius dispositionis inclinanda, tali bono oblato per rationem a Deo illuminatā & firmatam efficaciter, qui sicut tangit, illuminat, saluo iure libertatis, cum sit libertatis author, potest voluntatem efficaciter præuenire, & modo dicto prædeterminare faciendo vt faciat.

D. Thomas. Pro his omnibus habes ex D. Thoma 12. q. 5. art. 4. cor. optimam doctrinam. Explicans enim quare beatus, nec quod ad exercitium, possit velle non videre diuinam essentiam, ait. Omne bonum habitum, quo aliquis carere vult,
Vnde proueniat necessitas inchoarie beata. aut est insufficiens: aut habet aliquod incommodum annexum, propter quod in fastidium venit. Iam insufficientia non solum adest; quia ipsa insufficientia specialiter proponatur, vel obseruetur; quinimo, eo ipso, quod offerturtale bonum cum discretione, ad quod voluntas non est determinata, nec disposita, in se experitur indifferentiam, & ipsius obiecti insufficientiam; ac proinde in ipsum arbitrium resoluenda est indifferentia. Rursus fastidire voluntatis est, cuius etiam est gustare, non autem rationis: non nauseat ob nauseam rationis voluntas, sed è conuerso. Quamuis ergo electio speciali ratione à ratione discernente & præponderante pendeat: (alij enim actus rationem supponunt purè proponentem potius quam dirigentem, ex quo amor beatus non est electio, cū tāntum egeat ratione vt offerente) at discretionis executiuæ, subiectiuæ, dedeterminationisq; effectiuę resolutio in voluntatē seu eius dispositionem fiat necesse est.

Tandem

Tandem explicantur omnia hæc,& posſibilitas prædeterminationis ſine iactura libertatis in hunc modum. Quando voluntas incipit primam omnino actionem liberam,determinat ſe à caſu, an libere? Dices libere ,& perconſequens cum cognitione. Rurſus rogo:præcedens cognitio erat libera? Minime gentium: quia ſuppono voluntatem elicere primam omnino actionem liberam:erat ergo cognitio non libera,libertatis tamen fundamentum, & ratio excitans libertatem. Si igitur,quæ præcedebant omnia erant neceſſaria,& non libera tam ex parte voluntatis,quam intellectus, quomodo,quod ſequitur,liberum eſt? Quare ad hanc partem,potius quam ad illam? Non enim dices ſit pro ratione libertas,eſſet vtique irrationalis libertas, conſentiens ſine cognitione,& perconſequens inuoluntarie. Ergo,quæ ſine libertate habemus, poſſunt libertatis eſſe ratio, & infallibiliter prædeterminare. Non enim libertas naturæ aduerſatur,ſed ei innititur:ratio ergo non neceſsitat cum libertatis jactura tunc. Rurſus:quod hic, & nunc practicè hoc judicet melius,maxime prouenit ex diſpoſitione relicta ſæpe ex motibus non liberis voluntatis: Quæ ergo non erant libera,libertatem pariunt, & ex illis infallibiliter naſcitur conſenſus ad hanc partem,& ab illis modo admirabili prædeterminamur abſque libertatis jactura, & ita, quæ obſtetricante ratione liberè parit, ſæpe ſine libertate concepit voluntas. Videas ergo quomodo cum efficacia auxiliorum concilietur libertas. Videas quomodo ſine libertate concipias efficaci auxilio operante, quæ liberè paris. Quomodo autem fiat iſte tranſitus, quomodo iſta coniungantur, admirabile eſt, ſed non propter hoc incredibile. Quomodo auctore Deo omnis entitatis, & modi entitatis, conſentire ſingulari quadam ratione tuum ſit,ideſt tibi liberum admirabile eſt,ſed non incredibile. Euidens ergo eſt noſtram libertatẽ,cum participata ſit Deo ſubordinari in ſuis liberis

Quomodo naturalia pariant libertatem.

Cõciliatur cum efficacia libertas

inclinationibus, & ita à Deo libertatis auctore, non pati violentiam, etsi efficaciter prædeterminetur: hoc autem quod euidens est nobis, quoad an sit, quiditatiuè, & quo ad modum difficile est intellectu, cum sit res spiritualis, & noster animus legibus corporis obstringatur. Quamuis ergo auidus intellectus famem patiatur, & circumeat ciuitatem: istam, inquam, difficultatem: ingredi tamen non potest. Nouit subordinationem, modum ignorat. Credidit Maria posse Deum sua omnipotentia eam impregnare inuiolata virginitate, modum autem inquisiuit. Credas ergo & tu (si non intelligis) posse Deum sua efficacia tuam libertatē impregnare, prædeterminare, & fœcū dare ad liberū partū. Si autem ignoras, & quæras quomodo libertatis inuiolata virginitate fiet istud, ita, vt necessario possit concipere, & libere deinde parere. Respondebo, quòd Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrauit tibi, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei per adoptionem: (Christus verò non erat adoptione, sed natura filius Dei) & nota terminum, ideo, neque enim quia ex sanguinibus Mariæ, sed quia Spiritus sanctus superuenit, & virtus altissimi obumbrat, quod nascitur, sanctum vocatur. Hæc est, non partialis, sed totalis ratio sanctitatis, & justitiæ. Fateare ergo quod lumini naturæ euidens est: nempe voluntatem: & vt liberam subordinari Deo vt primo motori, & ita non pati violentiam abeo, cum vt libera suauius, & liberius Deo quam sibi ipsi subijciatur: & liberius à Deo quam à se ad consensum determinetur: quandoquidem liberior est libertatis obedientia ad Deum quam ad se ipsam. Si absque iactura inclinationis naturalis determinatur natura à Deo: quia natura Deo subijcitur, cur non etiam natura libertatis, cum Deo, vt potentiori subijciatur? Euidens est ergo, quod subijcitur, quod prædeterminatur efficaciter: non

Lucæ. 1.

Liberius Deo quã sibi ipsi obsecundat voluntas.

tamen

tamen eo modo, quo potentia naturalis. Et quamuis de modo sit controuersia, ipsum tamen, an sit, sit constitutum: nam est in per se notis cæcutire. Certe pati non potest libertas coactionem, dum arridet ei, cui arridere est secundum inclinationem naturæ libertatis, saltim obedientialem. Sicut aqua, quasi suæ naturæ & grauitatis oblita, sursum tendit absque violentia, ab vniuersaliori natura, cui fine violentia obedientior est quam suæ, mota: ita libertas nostra liberius diuinam, quam omnino suam, amplexatur prædeterminationem: & magis à coacto recedit, quam si omnino à se prædeterminaretur. Hæc ergo obedientia non inducit coactionem: nam, qui cogitur, non obedit.

Dum Angelus virtute diuina duxit Habacuc alueolo panibus pleno onustum ad Danielem, suauius traxit illum per capillum, quam si à quouis alio traheretur: nec obedientius graue illud corpus ab alto ad centrum fuisset motum, quam ad Danielem capillo tractum. Poterat Angelus eius corpus assumere aliter, capillum nihilominus elegit, vt diuinæ virtutis efficacia panderetur. Constet igitur, beneuole Lector, saltim an sit hæc virtus & efficacia diuini auxilij: non enim de Dei omnipotentia & efficatia conuincendus es litigiosa dialectica: sed pacifica paræneſi imbuendus. Iam, ipso an sit supposito cum vnione & pace, illico experiere huius pacis admirabiles fructus: fluctuanti tuo & iam iam naufrago intellectui aderit diuinum auxilium. Quomodo enim suis tutoribus deesse potest? Ministrabit solutiones & modos dicendi, omnia compones, & vt vno verbo concludam, nil non poteris omnipotentiam Dei deffendens. *Danie. 14.*

Circa omnia præfata vide D. Thom. 1.2. quæ. 9. art. 1. & se- *D. Thom.*

& sequentibus, vbi satis aperte demonstrat ab intellectu nunquam & in nullo statu moueri voluntatem quoad exercitium, nisi tandem in actum voluntatis, seu eius dispositionē resoluatur. Loco citato ar. 6. ad 3. ait, quod Deus aliquos per gratiam moueat, non obiectiuè tantum, sed determinādo quoad exercitium, & ex parte subiecti. Videatur corpus huius articuli, vbi exquo Deus est author nostri arbitrij, infert posse absque iactura huius naturæ, ipsum mouere, quod nulli creaturæ potest conuenire, esto possit arbitriū mouere obiectiue, non interius directe illabendo, hoc enim etiam est solius Dei: sed alijs modis.

Soluitur quædam obiectio.

DIces: fateor, quod author naturæ potest mouere voluntatem, præpare, determinare, etiam quoad exercitium: sed tamen rogo: cur, cum Deus charitate præparat voluntatem in patria, eique obijcitur clare visus, necessitat eam, ita vt locus libertati non relinquatur, relinquatur autem, quando prædeterminatur auxilio efficaci?

Solutio difficultatis. Pro solutione nota quod, vt remaneat indifferentia libertatis, requiritur ex parte volūtatis ita disponi, vt saltim absolute, seu, vt dicimus, in sensu diuiso, possit actionis exercitium in fastidium venire: ex parte etiam rationis proponentis requiritur, vt vel non proponat bonum sufficiens omnino ad implendam indifferentiam: vel vt taliter proponatur, nempe non clare, vt possit in fastidium venire, saltim actionis exercitium aut quoduis aliud impedimētum offerri. In patria igitur tota adimpletur, & omnibus modis, indifferentia. Nam subiectiua seu quoad exercitium prædeterminatio, est motio illa charitatis patriæ rapiens volūtatem plenissime omni subiectiua indifferentia exclusa etiā quad exercitium. Rursus obiectiua prædeterminatio ex parte ratio-

te rationis nullam patitur indifferẽtiam, nec in ſenſu diuiſo, nec compoſito: quia eſt clara viſio ſummi boni nullum habentis annexũ incõmodum. At in via diſpoſitio phyſica ſeu auxilium præueniens in voluntate receptum plene determinat: ſed non vt in patria, inqua ita cum omni plenitudinis genere prædeterminat, vt nullus indifferentiæ locus relinquatur: in via autem plene, infallibiliter tamen. Conſiſtit verò hæc plenitudo, auxilij quatenus motio, non plene vt motiua phyſicè determinat, vt in patria: ſed vt motiua phyſicè, & protectiua: vel motiua cum protectione. In patria motiua eſt omnimode, nec completur eius efficacitas protectione: nec protectionem requirit, nec efficacitatem protectione complet, ſed pleniſsime omnem adimplet, & omnibus modis capacitatem, & aufert indifferentiam. Itaq; motio efficax phyſica in via firmitatem habet & ſtabilitatẽ dono Dei & ſpeciali protectione. Ratio etiam, etſi interea proponat ſufficiens bonum: tamen non plene determinat obiectiue (niſi in primis immutationibus: nam impoſsibile eſt, vt viſis non tangamur id, ita ferente natura voluntatis: cum faſtidium in illo primo motu ex nulla poſsit parte prouenire) quia non clare proponitur, & ita ad minus actionis exercitium poteſt venire in faſtidium. Vnde: vt non veniat in faſtidium, requiritur ſpecialis protectio & aſiſtentia diuini auxilij, quo Deus, etiam rationem teneat, & ſtabiliat ſupplendo infallibilitate, quod neceſsitate omnimoda, impræſſa potentijs in patria ipſe libere operatur. Protectio ergo eſt infallibilitatis magiſtra: hæc libertatem aſtruit. Protegit autem Deus miris modis: protegit motione phyſica recepta in voluntate & ratione, quatenus, etſi non eo efficaciæ modo, quo in patria, tamen virtus, quæ abſolute non determinat omnimode, quinimo mouendo omnino in differentiam compatitur libertatis, determinat vt protectiua infallibiliter. Vnde, ſi ſeparabilis eſſet à prima illa motiua

Mirifica ſunt hæc pro intelligenda auxilij ſuaui efficacia.

Protectio Dei infallibilitatis magiſtra.

virtute efficaci auxilij virtus protectiua, non efficax remaneret auxilium, sed sufficiens. Efficacia itaque cum indifferentia libertatis conciliabilis, protectionis beneficio, quo tam voluntas quam ratio stabiliuntur, & efficacia completur & consummatur: & hanc doctrinam semper comperi in D. Thomæ contextu. Protectio autem fit assistente Deo cordi & rationi, ita tangendo, instigando miris modis, vt infallibiliter sequatur consensus. Non enim hæc protectio denotat tantum aliquid extrinsecum, nempe puram Dei voluntatem ad intra, aut solam prouidentiam circa exteriora mouentia, nempe prædicationes, sed intimam cordis & voluntatis physicam motionem, & beneficium in nobis receptum intime, secundum illud Augustini libide prædest. Sancto. Per beneficia Dei certissime liberantur, quicunque liberantur. Non dixit per vsum arbitrij, stante alioqui æquali auxilio, sed per beneficia Dei. Non itaque assero quod protectio & assistentia solæ sint auxilium, sed quod requiruntur probono vsu motionis & instigationis physicę: imo & ipsa physica motio ex modo motionis suaui secum defert efficaciter & infallibiliter istam protectionem & assistentiam. Videas D. Thomam 1. 2. q. 112. ar. 3. vbi inuestigans, an detur necessario gratia præparanti se ad illam, resoluit, quod ad præparationem, quatenus est ab vsu nostri arbitrij, nullo necessitatis modo sequitur gratiæ consecutio: quia donum gratiæ excedit omnem præparationem virtutis humanæ. At, si consideretur, vt est à Deo mouente, seu ex intentione Dei mouentis, ad illam necessario sequitur gratiæ consecutio, non necessitate coactionis, sed infallibilitatis. Hæc D. Thomas. Iam, si tota infallibilitatis necessitas in motionem diuinam resoluitur, & non in vsum nostri arbitrij, quomodo dices quod vbi est maius id, à quo petitur tota necessitas infallibilitatis consecutionis gratiæ, non adest gratiæ consecutio: ad est vero

Augusti.

vero vbi minus? Quomodo affirmabis quod Deo, quantum est ex se magis disponente & mouente Petrum ad gratiam, quam Ioannem, Ioannes infallibiliter consequitur gratiam, Petro remanente? Quomodo infallibilitas in id, quod vsu arbitrij falli potest? Certe si tuus consensus te discernit, & stante inte minori auxilio, tute pro vsu arbitrij cum minori adiutorio potes parem, imo & superiorem facere eo, qui suscepit maius, in tuum arbitrium negotium resoluetur, nec infallibilitatis necessitas petenda erit ab ea motione seu auxilio, quod negas posse te necessitate infallibilitatis prædeterminare. Nemo enim dat, quod non habet. Dicendum igitur est, quod proueniat præfata necessitas consecutionis gratiæ ex virtute efficaci motionis diuinæ, & ex efficaci diuina intentione: intentio autem Diuo Thoma teste 1. 2. quæst. 12. art. 1. non tantum dicit puram voluntatem intendentis Dei, actiue consideratam: sed motum vel beneficium in nobis receptum: nam & actio mouentis, & motus mobilis tendunt in finem. Saluo itaque meliori iudicio, & me in omnibus Ecclesiæ Catholicæ submittendo dico, quod sufficiens auxilium est motio vel beneficiū diuinū supernaturale, cui si infallibilis protectio & assistentia Dei adderetur, per illud defacto homo resurgeret: efficax vero est, quod protectionē habet adiūctā, ipsius infallibilitatis & suauitatis magistrā. Quomodo igitur Deus, vt author gratiæ firmitatē in ratione stabiliat & immobilitatē, requiritur (si credis D.T. 2.2. q. 137. ar. ad 2.) vt infallibiliter sequatur consensus, talis firmitas, vt quid spectans ad substantiā auxilij efficacis, in quo auxilio & beneficio, vt à Deo, antecedenter saltim natura ad consensum, impertito infallibiliter præuidetur consensus: vtpote illi beneficio necessario coniunctus, vt fructus virtutis efficacis illius beneficij. Vt fructus, in quam, ex integro, &, vt à causa totali, ex virtute auxilij secutus.

D. Thomas.

D. Thomas.

Nota quomodo efficacia auxilij sit omnino ab arbitrio indepẽdens.

Nam etsi recipiendo gratiam habitualem in aliquo genere causæ præcedat motus arbitrij: at ad habendum præcedens saltim natura auxilium efficax non ita concurrit, nec tu in aliquo genere causæ das auxilio diuino efficaciam: quinimo quod tu non resistas, & tuum genus causæ apponas, fructus diuini auxilij est, & non tui arbitrij. Hinc caute audi eos, qui efficaciam congruentiam vocant: nam, quando congruitas dicitur, quatenus tali tempore datur, quo nouit scientia media futurum consensum, non ex efficacia beneficij, sed pro bono vsu arbitrij, esto auxilium sit æquale vel minus in eo, qui resurgit, displicet omnino, & eam, sicut & scientiam mediam reijcio.

Quid sub nomine congruitiæ possit latere observa.

Soluta iam obiectione progreditur vlterius auctor, astruens auxilij diuini efficaciam.

SVauitas igitur & infallibilitas ex protectione auxiliorum diuinorũ orta mirifice vitat stoicũ IMARMENON. Videas D. Thomam 3. contra Gentes capite. 90. vbi acriter taxat eos, qui à dominio efficacis voluntatis & prouidentiæ Dei vsum subtrahunt arbitrij nostri. Et dum loco dicto Diuus Thomas sibi obijceret Damascenum, qui lib. 2. Fidei ortho. cap. 30. asserit, quod ea, quæ in nobis sunt: ideſt, quæ ab arbitrio pendent, Deus præscit: sed non prædeterminat, ita respondet sanctissimus Doctor Thomas. Exponenda sunt verba Damasceni, quatenus, quæ in nobis sunt, diuinę prędeterminationi non subijciuntur, quasi abea necessitatẽ, quæ libertatem impediat recipientia, remanet vtique cum tali infallibilitate & subordinatione libertas. Obserua, obserua igitur, nouelle Theologe, & noli istos terminos determinationis seu prædeter-

D. Tho. elegans authoritas.

prædeterminationis abhorrere: illis quippe Angelus Theologiæ vtitur, & cum illis libertatem mirifice conciliat.

Isaias etiam præuentionem auxilij diuini actioribus terminis explicat dicens c. 64. Laude mea infrenabo te, ne intereas. Propter me, propter me faciam, vt non blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo. Forerius super hunc locum ait, quod blasphemari Deum est afferere ipsum esse impotentem. Notate obsecro terminum infrenare, vt non turbemini, audito nomine prædeterminationis. Notate illud, gloriam meam alteri non dabo. & rursus illud, in laude mea. Non ergo laus tua: non gloria tua. Iam si rapina præsumas hos diuinos honores tibi vsurpare, gloriam suam Deus alteri non dabit, quinimo taliter sentienti resistet. Videndus est D. Thomas toto libro 3. contra Gentes mirifice disputans de prouidentia & omnipotentia Dei. Ibi cap. 100. explicat suauius & liberius consentire nos, quatenus Deo prædeterminante aliquid facimus, quam quatenus à nobis ipsis. Rursus capite 113. non tantum, ait, rationalis creatura ipsum gubernari à Deo participat: sed & ipsum gubernare, ipsum consentire, & eligere.

Isa. c. 64.

Forerius.

D. Thomas.

Cicero ille Hyspanus noster Ludouicus Granatensis cõcione 1. super Dominicam 4. Quadrage. eleganter cũ Caietano colligit fidem non tantum esse donum Dei, quatenus concionibus, miraculis, alijsque huiusmodi, moraliter tantum mouentibus, præuenimur: sed etiam, quia singulari afflatu interius noster animus, prout oportet, mouetur. Maxima, ait ibidem, beneficia fuerunt, quæ Adam recepit in paradiso, maxima item verbera, quæ Pharao pertulit in Ægipto, clarissima sane miracula, quæ Iudęi conspexerunt in Christo: & tamen Adam tot perceptis beneficijs cecidit in Paradiso, & Pharao tot flagellis attritus perstitit in peccato, & Iudæi tot inspectis miraculis in incredulitate sua permansere rebelles. Me miserum: si hoc ita est, quæ mihi

Ludouicus Granatẽsis.

ſpes reliqua erit, has noſtras voces, & clamores niſi cœleſtis adſit influxus, aliquid auditorum ſaluti profuturas, quando nec tot beneficia, tot verbera, tot clariſsima ſigna hominibus aliquid profuerunt. Quid ergo ſuper eſt? Nempe vt ad infimam vſque abyſſum ſe ſe fidelis homo ſubmittat, & vilitatis ſuæ magnitudinem agnoſcens, totus à Deo pendeat (videas an ſit cauſa partialis) & ad eum perpetuo clamet, ne nos vnquam deſerat, ne à facie ſua proijciat, neve manum ſuam à nobis ſubtrahat. Hæc Granatenſis.

Noui itaque quod Deus dando nobis libertatem ad imaginem ſuam, fecit nos, quaſi quoſdam participatione deunculos, in manu conſilij noſtri relictos: ſed tamen non ita potuimus emancipari, quin ſemper Dominus noſter ſit, & libertatis author, eiuſque gubernator & motor. Alioqui non video quare Deus non poſſet obligari nobis, non tantum ex fidelitate, ſed etiam ex vera iuſtitia, & ita eſſet dependens à nobis. Sicut ergo Deus, libertatis author libertatem dedit, quam tu, cum ſis nihil ex te, non habebas: ita etiam poteſt tuæ libertati eam apponere & adiungere diſpoſitionem, ex qua infallibiliter ſequatur tuus liber conſenſus. Superadditus habitus facultati, quo non poteſt quis male vti, ſed benè tantum, deſtruit ne naturam facultatis, quantumuis indifferentiam habeat facultas, vt ea benè vel male vtamur? Non ne cum hac indifferentia facultatis benè conciliatur illa determinatio habitus ſeu ſuperadditæ diſpoſitionis? Ita planè. Cur ergo etiam cum indifferentia noſtræ libertatis non poterit conciliari prædeterminatio auxilij diuini? Auxilium enim non eſt facultas, ſed diſpoſitio vel motio in facultate recepta, & quamuis indifferens ſit negatiue, indifferentia oppoſita neceſsitati coactionis, determinata tamen eſt ad bonum conſenſum determinatione oppoſita indifferentiæ infallibilitatis. Sicut Deus, non modo non offenſa inclinatione voluntatis ad vnum, vt natura

tura est, sed perfecta potius, indifferentiam libertatis naturæ ad vnum determinatæ inseruit, cur etiam libertati non poterit quandam super addere dispositionem infallibiliter ad vnum determinatem illæsa libertate? Fateamur ergo fateamur hanc esse Dei omnipotentiam, hoc dominium, vt possit sibi subijcere nostram libertatem, alioqui potentior esset Deus in faciendo, quam in administrando & gubernando libertatem. Videas Diuum Thomam 1. parte quæstione 83. articulo 1. ad 3. Vbi ostendit non esse de ratione libertatis ita relinqui in se, seu in manu consilij sui, vt sit prima causa Deo non subordinata, quinimo ei vt auctori & creatori, subijcitur & subordinatur ad nutum. Videndus est etiam, vt discernas quid addat efficax auxilium supra sufficiens, quæstione 24. de libero arbitrio articulo 13. cor. Vbi ait duplici de causa indigere hominem auxilio Dei supernaturali, vt præparetur ad gratiam. Prima, vt incipiat homo auerti à malo & conuerti ad bonum per excitationem. Secunda; quia non qualiscunque motus voluntatis est sufficiens præparatio ad gratiam (hic sufficientiam pro efficacia vsurpat, vt alibi notaui) sed requiritur auxilium dirigens & gubernans liberum arbitrium, vt excitatio sortiatur infallibiliter effectum: & hanc virtutem directiuam addit efficax supra sufficiens.

D. Thom.

D. Thomas.

Quid addat efficax supra sufficiẽs ex D.T. exponitur.

Probat apertissime aliqua auxilia Dei dici, & apellari efficacia.

SIT Conclusio. Nõ est cur abstineamus ab hoc nomine, efficax, quatenus auxilia Dei dicamus congrua, opportuna, & non etiam efficacia: imo legitimè, castè, eleganter, & pro-

Nomen, efficax, suauiter influit in aures.

propriè, præuia aliqua auxilia Dei hoc nomine donantur, & aperto ore, efficacia dicuntur. Quod nomen, efficax, nō modò non offendit aures, non modò non exacerbat, quinimo ſpem erigit, animum corroborat, amorem Dei in nobis excitat, proprium frangit, humilitatem fouet, in aures pias catholicorum ſuauiſsimè influit, ac denique ipſam nutrit religionem, & mouet ad Dei cultum. Colligitur hæc concluſio ex cap. 4. ad Hebreos: viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ, ac ſpiritus: compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationū. Eccle. cap. 6. vis mulieris ſaltatricis dicitur efficax ad inclinandum animum, & non poterit hoc nomine donari auxilium Dei?

Ad Heb. 4.

Eccle. c. 9.

Ex modo orandi Eccleſię, & collectis probatur efficacia auxilij.

Non parum facit pro hac concluſione, & totius rei veritate, conſuetudo Eccleſiæ infundendis præcibus: paſsim quippe vtitur hoc nomine, efficax. In officio vndecim millium virginum habes: Concede nobis earum multiplici interuentu, petitionum efficaciam, fidei conſtantiam, & operis puritatem. Et certè cum auxilium ſufficiens non ſufficiat, vt adimpleatur deſiderium noſtræ conuerſionis de facto, ſed potiſsime efficacia requiratur, ſi hanc adiungeret libertas noſtra, relicto Deo, oporteret noſtram orationem, qua conuerti petimus, in ſinum noſtrum conuerti, & noſtro arbitrio præces offerre, oblationes, & holocauſta. Domi. 3. poſt Epiphaniæ. Ita etiam orat Eccleſia: Da, vt quę pro peccatis noſtris patimur, te adiuuante, vincamus. Iam vincere non eſt inchoare, non vtcumque ad victoriam inſtigare, ſed vltimam manum imponere. Si minori tactus ſurgit, victoria non Dei, ſed tua eſſet: cum vbi Deus magis conaretur vincere, vinceretur. Sancti autem victricem manum tuam laudauerunt pariter, & decantauerunt Domine nomen ſanctum tuum, vt inuenirentur illæſi in aquis validis. D. Thomas 3. p. q. 21. art. 1. in cor. ex eo vult oportuiſſe, etiã, vt Chri-

vt Christus, quatenus homo oraret Patrem, qui voluntas creata tatione sui efficax non est adimplendum, quod vult, sed virtutem efficacē à voluntate diuina expectat: si ab arbitrio nostro efficaciam expectamus, oranda erit libertas nostra: nec deberemus adeo solicitos esse de diuina clementia imploranda. Potius oporteret, quòd Deus oraret, aut saltem rogaret arbitrium, vt adderet efficaciam omnipotentiæ diuinæ, vt ita omnipotentia ab ipsa libertatis nostræ impotentia adiutorium imploraret Forerius noster super verba Isa. cap. 11. habitabit Lupus cum agno, ita habet. Quæ sit efficacia verbi Dei in istis declaratur; abigit feritatem &c. Notanda sunt etiam, quæ habet Ecclesia in officio feriæ quartæ cinerum in hunc modum. Effunde propitius gratiam tuæ benedictionis, vt eos & spiritu compunctionis repleas, & quæ iustè postulauerint efficaciter tribuas, & concessa, perpetua stabilitate manere decernas. Iam, nonne postulamus cùm dicimus, conuerte nos? Ergo potest conuersionem tribuere efficaciter. Rursus, si semel iustificatis, potest decernere (decretum autem non solam præscientiam dicit, sed voluntatem etiam, est vtique imperium) vt perpetua stabilitate maneant: igitur efficaciam dat Deus: si enim solam daret sufficientiam, non posset hāc stabilitatem, ac perseuerantiam largiri, sed præscire posset: dare autem nequaquam, quinimmò eam à nostra libertate expectaremus. Clamat vltro Ecclesia: fac, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Feria 4. post Domi. 2. Quadra. Oratio secreta officij in hūc modum habet. Deus innocentiæ restitutor, & amator dirige ad te tuorum corda seruorum, vt spiritus tui feruore concepto & in fide inueniantur stabiles, & in opere efficaces. Clamat, inquam, Ecclesia in quauis canonica hora, seu oratione: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. Sed vt quid debet festinare, si dat tantum sufficien-

Isa. cap. 11.

Efficaciam ab auxilijs Dei requirit Ecclesia.

tiam, quæ non deest alicui? Vt quid clamare toties pro eo, quod nulli ferè negatur? Dicendum ergo esse, arbitrio nostro, libertas nostra in adiutorium nostrum intende, & ad nos adiuuandum festina: te enim expectat sufficiens Dei auxilium, vt ipsum perficias, potensq; facias efficaciter. Iansenius Psalmo 79. super illud ostende faciem tuam ita habet. Tam enim est efficax tuus vultus, vt mox salutem consequamur, eamq; veram ac solidam, quos tuo sereno vultu aspexeris, tuoq; fauore dignatus fueris. Præterea nonne Concilia, Patres, Doctores, Theologi omnes, totaq; schola passim hoc nomen, efficax, vsurpant, dum de gratia Dei, ac de merito Christi agunt: Nonne asserunt, meruisse Christum omnibus hominibus sufficientiam conuersionis, aliquibus verò efficaciam? Augustinus quidē super illud Matthęi 20. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Ait: Electi illi dicuntur, qui efficaci vocatione à Deo vocantur. Ioannes Campensis super Psal. 90. ver. Et sit splendor Domini Dei nostri nobiscum, opusquoq; manuū nostrarum nobis perficiat: opus manuū nostrarum ille absoluat (ita enim legit) in hunc modum habet. Sic fiat gratiosus & pulchre fauens nobis Dominus Deus noster, vt quidquid facere tentauerimus, efficax fiat: efficax, inquam, Dei beneficio quidquid manibus nostris attrectauerimus. Si ergo efficacia à nobis esset, à Deo autē tantum sufficientia, proculdubio nos eligimus & prædestinamus nos ipsos; Dei autem electio, & prædestinatio quantum est ex vi destinationis seu ordinationis diuinæ sufficiens est tantùm: quòd si ita, multi præsciti erant prædestinati, saltem quantum est ex parte ordinationis diuinæ, diceturque proinde præscire Deum efficaciam adiungendam ab arbitrio, non autem efficaciter prædestinare nos, præuidebit inquam efficacem prædestinationem, non autem disponet, ordinabit, & operabitur. Idē Augustinus de gratia & lib. arb. habet ita: Auxilium non solum est

Matth. 20.

lum est efficax, quia facit, sed quia præbet vires efficacissimas voluntati. D. Thomas super Epist. ad Rom. c. 8. vocationem prædestinati efficacem appellat. Porrò 2. 2. q. 83. Etiam orationes Sanctorū vocat efficaces. Magister in 2. d. 5. hoc nomine, efficax, passim vtitur in explicanda virtute gratiæ Dei. Non refero alios Patres, qui hoc nomen efficax diuinis auxilijs imposuere, eorum cōsiderando virtutē: nam esset infinitus sermo noster. Candidata etiam scholasticorum concio, terribilis vt castrorum acies ordinata, choruscq; castrorum, quem in Sulamite, hoc est in Ecclesia intuemur, in materia de gratia, de meritis Christi, de prædestinatione, passim hoc nomen, efficax, vsurpat, & tali nomine appellat Dei auxilia, Dei vocationem, & prædestinationē. Non igitur offendat, quod deffendit: non exacerbet, aut videatur asperū id, in cuius suauitate cor liquescit, & in amorem Dei resoluitur. Fingens se Dæmon nostræ libertatis aduocatum dixit: cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno vitæ? Quis est iste Deus, qui vestram vult opprimere libertatem. Non pater, sed austerus dominus videtur. Hæc Dæmon, vt optime cōsiderat Oleaster. Cauеamus igitur ne latenter serpat iste inordinatus arbitrij appetitus dilatandi sua iura. Non enim Deus præcipiendo, & mouendo coarctat, sed potius dilatat libertatem, seruire siquidem Deo regnare est. Circumuentus auxilio Dei Dauid, non se oppressum, sed dilatatum vidit, & ideo clamauit. Cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ in tribulatione dilatasti mihi: & Psal. 30. statuisti in loco spacioso pedes meos. Dicantur ergo Dei auxilia efficacia, & potentissima, à quibus omnis potentia, & virtus deriuatur.

Per scripturam probat efficaciam auxiliorum Dei.

HABENT Auxilia Dei præueniētia efficaciam ex modo suę motionis, & virtutis physicę. Itaq; cōstitutū esse debet,

bet, efficaciam noſtræ conuerſionis in diuini auxilij efficaciam eſſe refundendam. Non igitur bonus vſus arbitrij te diſcernit, ſed gratia Dei efficaciter facit, vt tu bonum habeas vſum arbitrij: ac proinde cum æqualitate auxilij nulla ratione poterit reſurgere vnus pro vſu arbitrij, alio non reſurgente; non enim efficaciam, quam habet auxilium mẽ dicat ab arbitrio: mendicus quippe non eſt Deus: ac proinde ante conſenſum noſtrum ſaltem natura nouit Deus infallibiliter ipſum futurum, in ipſa auxiliorum efficaci prædeterminatione.

Cum æquali tate auxilij nõ reſurgit vnus altero remanente.

Sãcta Inquiſitio pro efficacia auxiliorum adducitur.

Adduco primum pro hac veritate quandam doctrinam ex ſanctæ Inquiſitionis auctoritate in expurgatione libri, qui inſcribitur, Examen de Ingenios. Quam, ſicut & alia omnia offero, non vt cenſuram faciam, ſed vt difficultatem & dubitandi rationem obijciam, quatenus veritas eniteat, & eluceſcat, vbi eſt. Nam vbicunque inueniatur amplexabor. Non enim vt aduerſarius, ſed vt coadiutor ad communem finem, nempe veritatem adquirendam ago, vt ex Ariſto. 8. Top. optimi diſputantes & reſpondentes procedere conſueuerunt. Ergo procemio ſecundo prefati libri cùm dixiſſet auctor, inter Angelos, illos efficaciùs fuiſſe vſos auxilio, qui excellentius ingenium habuere (non equidẽ quia cum æqualitate doni, bonũ ingenium faceret efficaciã, ſed quia quo excellẽtioris naturæ, eo excellẽtius donum receperũt) cùm inquã hoc dixiſſet auctor illius libri, ſubiũxit, idẽ contingit in hominibus: & hoc vltimũ deletur à libro; ergo non cõpletur efficacia ex vſu arbitrij, cũ magis deficiat ab ordine gratiæ, quã naturale ingeniũ, vt habet D. T. 1. p. q. 62. art. 6. ad 2. Nec valet dicere, quòd vſus arbitrij ſuppoſito ſufficienti auxilio, nõ deficiat ab ordine gratiæ: nã etiam idẽ poſſes dicere de excellentiori ingenio, ſuppoſito dono auxilij: & nihilominus expũgitur. Iã ſi, dũ affirmatur de Angelis, non deletur, prouenit, non quia excellentius ingenium

D. Thomas.

adde-

adderet efficaciam, sed quia, vt dixi, pro capacitate naturalium maior vel minor gratia fuit illis infusa in primo instanti. Hanc esse mentem inquisitionis sanctæ indicat, quod statim in eodem proœmio expungit. Nam cum dixisset Author illius libri ita. Hinc clare infertur, quòd, cũ detur electio ingeniorum ad scientias supernaturales &c. Expurgat inquisitio sancta & integerrima nomen illud, ingeniorum, notans improportionem naturæ ad dona supernaturalia. Et certè adhuc singulari quadã ratione hæc improportio elucet in his, quæ spectãt ad intellectum practicũ, & appetitũ.

In eiusdem libri Proœmio paulo superius, cum dixisset Autor super illud Math. 25. dedit vnicuiq; secundũ propriã virtutem, quod Deus in gratiarũ & donorũ largitione maximam habet rationem ingenij, & naturalis dispositionis: tum etiam scientias supernaturales certas requirere dispositiones in subiecto, cui infunduntur, omnia hæc expungunt: ergo, vt Deus largiatur auxilium, quo de facto vult conuerti aliquẽ, vsum arbitrij virtutemq; eius non considerat, quatenus dependenter ab his constituatur auxiliũ efficax, & non ex modo suæ motionis: alioqui haberet Deus rationẽ libertatis nostræ vsus in largiendo dono, quod maximã habet difficultatem, si ingeniorum non habeat etiam rationem. His fauet Gregorius homi. 30. in Euangel. in hunc modum habens. Implet, scilicet Spiritus sanctus, citharædũ puerum, & psalmistam. Implet pastorem armentarium, sycomoros vellicantem, & Prophetam facit. Nõ ergo, ait D. T. 2.2.q.172.ar.3. requiritur aliqua dispositio præcedẽs ad prophetiam, sed dependet ex sola voluntate, non tua, sed Spiritus sancti, diuidẽtis singulis prout vult. Nõ ergo quia præscit tuum vsum, sed quia vult, habes illum per suam gratiam. Nostram doctrinam confirmat illud Iob. 23. Et anima eius quodcunq; voluit hoc fecit. Ipse enim solus est, & nemo potest auertere cogitationem eius, cumq; expleuerit in me *Math. 25.*

voluntatem ſuam,& alia multa præſto ſunt ei.Et alibi idem Iob. Non eſt auxilium mihi in me.

Notanda eſt etiam pulchra doctrina pro nobis Deutero. cap.11.vbi in hunc modum habetur. Terra enim, ad quam ingredieris poſsidendam,nõ eſt ſicut Terra Ægypti,vbi iacto ſemine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ, ſed montuoſa eſt & campeſtris de cœlo expectans pluuias, quam Dominus Deus tuus ſemper inuiſit, & oculi illius in ea ſunt à principio anni vſque ad finem eius. Notate quomodo in hac militanti Hieruſalem fructus,merita,conuerſiones non eueniant propter aquas humana cultura& artificio adductas,ſed aquam diuinorum auxiliorum à cœlo expectat:non ab arbitrio creato.Et ideo Iſa.33. aquæ Hieruſalem fideles appellantur,ac indeficientes, ſicut auxilium diuinum indeficiens eſt.Et notate quod terram Ægipti tot aquis abundantem non elegit,ſed montuoſam &ſiccam,ne gloriaretur Ægiptus,&diceret,non miniſterio Dei,ſed ex propria natura habere fœcunditatem. Rex Propheta, diuinus plane diuinorum auxiliorum Encomiaſtes,ita loquutus eſt Pſal.83.Beatus vir,cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum, in loco quem poſuit. Cornelius Ianſenius ſuper hunc locum ait. Beatus vir, in quo ſuum auxiliũ eſt abs te: aſcenſiones ſuas diſpoſuit,ideſt diſpoſuit in cælum conſcendere tuo auxilio innixus,ſicut ſponſa innixa ſuper dilectum ſuum aſcendebat de deſerto. Sanctorum non tam aſcenſionem, quam aſſumptionem celebramus. Ad montem gloriæ aſſumuntur diſcipuli. Sed iam diuitias in verſiculo Pſalmi præfati reclu ſas proferamus. Nouerat Propheta Rex ad iuſtificationem requiri Dei auxilium operans & cooperans, & rurſus noſtrum,nempe conſenſum ipſum. At, ne quis exiſtimaret conſenſum ipſum vtilem iuſtificationi non eſſe fructum efficacem efficacis auxilij diuini præuenientis, dixit. Beatus

Pſal. 83.

vir,

vir, cuius auxilium, cuius consensus est abs te: consensus quippe, qui non abs te, sed ex vsu nostri arbitrij, non est dispositio, non est idonea præparatio ad gratiam. Cuius dixit, vt astrueret libertatem: abs te adiunxit: vt indicaret efficaciam auxilij diuini. Sed & progreditur vlterius Propheta. Ascensiones in corde suo dispositi in valle lachrymarum. Dispositerat Dæmon ascensiones in corde suo, quando dicebat in cælum conscendam, & similis ero altissimo: sed tamen non in valle lachrymarum, non in humilitate, & cognitione sui: quinimo, vt ait Augustinus, fuit Dæmon de potestate sui arbitrij nimium delectatus. Non itaque peccauit Dæmon, ait Anselmus, quia non desiderauerit bonum finem, veramque beatitudinem, desiderauit vtique id, ad quod peruenisset, si stetisset. Peccauit ergo, vt ait D. Thomas 1. p. quæst. 63. art. 3. quia constitutus in gratia Dæmon finem vltimum supernaturalem, non ex ampliori auxilio Dei, sed pro vsu arbitrij esse adquirendum inconsideratione est opinatus. Idem habet D. Thomas de malo. quæst. 16. Absit ergo quod Dæmonis inconsiderationem, considerate sequar. Hanc eadem veritatem præclare nobis proposuit idem Rex Propheta Psalm. 90. in hunc modum. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Rogo cur adextris decem millia, & mille à latere? Ne dexteræ virtus gloriaretur, si pauciores sub humana protectione laberentur, & gloriã victoriæ auxilijs diuinis denegaret. Vlterius interrogo. Quòd mille cadant à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, à circũdãte Dæmonio meridiano, tu autẽ stes, tu resurgas, dũ cadẽtibus auxiliũ sufficiẽs, non defficiat, vnde prouenit? Cui sũt decernẽdi isti triũphi? Cui istę victoriæ & honores? Nunquid arbitrio nostro? Minime gentium, sed ei, de quo dicitur, quoniã tu es Dñe spes mea, altissimũ posuisti auxiliũ tuum

Isai. 14.

Dæmon defecit, quia de potestate sui arbitrij est nimium delectatus. Ita Aug.

Psalm. 90.

Digitized by Google

tuum. Qui etiam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiãt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Pro. 21. Prouerb. 21. Expecta Iehoua, & ipſe opem feret tibi. Por ro ſuper illud Pſal. 97. Saluabit ſibi dextera eius, ait Ianſe-

Pſal. 97. nius illum datiuum, ſibi, indicare ſecundum Phraſim Hæ-

Ianſenius. braicam, quod Deus per ſe, & non adiutus alienis viribus, ſaluat. Et iã inuenitur conſimilis locus Iſaiæ. 59. Et vidit quia

Iſa. 95. non eſt vir, & aporiatus eſt, quia non eſt, qui occurrat, & ſal uauit ſibi brachium ſuum. Super hęc verba Forerius noſter

Forerius. in hunc modũ habet. Cum videret Deus non eſſe opitulatorem, nec adiutorem, ipſe ſuis viribus totam rem ſolus vo-luit conficere (& ait Forerius, quòd hoc præſefert Hæbrea Phraſis) Sed tamẽ quare Deus aporiatus eſt? Quare fit quaſi conſilij inops? Hoc enim notat verbum Græcum aporeo. Quare dicit non eſt vir? Quare ſolus per virtutem efficacẽ vult rem operari? Nonne adeſt conſenſus arbitrij, qui effi-caciam addet ſufficientiæ? Solus non reliqueretur *Deus*, ſi ei das opitulatorem & adiutorem, nimirum arbitrium no-ſtrum: ergo auxilium Dei efficax eſt. Initio etiam eiuſdem

Iſa. 59. capitis Iſaias habet. Non eſt abreuiata manus domini, vt ſaluare nequeat, neq; aggrauata eſt auris eius, vt non exau-

Forerius. diat. Notat hoc loco Forerius, quomodo auxilium ſufficiẽs nemini negetDeus, & quo modo Deus non dicitur excæca re, aut obdurare, quatenus cæcitatem aut duritiem appo-nat, ſed pure negatiue: nempe negando efficax auxilium. Si ergo non eſt abreuiata manus domini, cur arctas tu? Cur adeo analyticum, dialecticum, & auſterum requiris Deum, cum tam largus & effuſus Rhetor erga nos ſit? Si ipſe ſuis vi ribus, ſoluſq; habet efficaciam ad diſponendum ſacrificium

Contritio ſacrificiũ ſine patre, ſine genealogia. contritionis, ſeu conſenſus noſtri: ſacrificium plane ſine ma tre, ſine patre, ſine genealogia, totum diuinum & ſuper na-turale, ſicut Melchiſedech. Si, inquam, Deus ſolus in ſuo au xilio habet efficaciam ad creandum hunc filiũ, Regem Salẽ

plane

plane & pacis (Salem dico mõtis, quæ de cælo expectat pluuiam & pacem, non autem Salem campestrẽ) nostrum nempe consensum & contritionem, non ex sanguinibus, non ex voluntate carnis, aut viri, sed ex sua bonitate & misericordia immensa. Noli de tuo consensu gloriari, tanquam addente efficaciam auxilijs diuinis, vt non spurium seu adulterinum introducas cõsensum, & ne quaquam legitimum filiũ, & hæredem. Noli ergo gloriari: nã dum tuam quæris, Dei gloriam euacuas. Caue ne comprehendaris sub illis, de quibus Paul. Ad Rom. 10. Dixit: ignorantes iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti: super quæ verba D. Thom. per iustitiam suam, intelligit iustitiam, quam aliqui ex bono vsu sui arbitrij sibi assumunt ignorantes quod omne datum optimum de sursum est. Isti justitiæ Dei non sunt subiecti. Isti dicunt si efficacia à Deo est & prædeterminatio, nec eam expectat auxilium Dei ab vsu arbitrij, quis ascender in cælum? Eis tamen respõdeto: prope est verbum & auxilium in ore tuo: perditio tua ex te. Vide Forerium Isa. cap. 63.

Ad Ro. 10.

D. Thomas.

Forerius.

Quid efficacia ex Caietano.

PVlcherrimam habemus etiam historiam Math. 14. dubitanti enim Petro cum socijs primum largitur Dominus auxilium per verba illa: loquutus est eis dicens. Ego sum, habete fiduciam. Vniuersam, ait acutissimus noster Cardinalis, non timendi sed confitendi rationem assignauit Iesus aiens: ego sum: ac propterea Petrus nil dubitans de potentia, sed adhuc non plenè certus, an ille loquens esset Iesus certificari quærit, & secundum petit auxilium. Iube me venire, ait, adte, impera mihi venire ad te. Certe nisi efficaciam haberet non diceretur imperium. Largitur ergo Iesus secundum auxilium dicens veni, quod plane efficax

Efficacia auxilij. Math. 14. Caietanus.

cax erat,non ad totum iter faciendum,consumandumq; negotium,sed ad partem.Cepit ergo Petrus deambulare, viderunt socij inquieto Maris estu in trepida ipsius vestigia, ludentesq;subpedibus aquas.Iam,vt Petrus his duobus auxilijs præuentus, non opinaretur ex bono vsu arbitrij esse consumãdam deambulationem, seu accessum super aquas ad Iesum,sed ex virtute efficacis auxilij, permisit Christus Petrum demergi. Erat vtique auxiliũ efficax ad deambulandum non autem ad superandum ventum validum: erat nihilominus efficax vt moueret Petrum ad petendum efficax superueniens,petijt,cum dixit,saluum me fac,& continuo accepit:nam extendens Iesus manum apprehendit eũ. Certe hæc appræhensio non moralem tantũ,sed magis physicam sapit præmotionem:nec emergit,aut enatat inuitus, qui appræhendi,& assumi,petit,& consentit.Tandem,dum ingrediente Iesu in nauiculam cessauit ventus vltimum notatur auxiliũ.De sumpsi fere hæc omnia ex D.Thom.super hunc locum Mathæi.

D.Thom.

In deambulatione Petri super aquas elucet efficacia.Et explicatur mirifice à Caietano.

Audiamus vlterius Cardinalem his verbis acutissime alloquentem.In nullo dubitat Petrus de Potentia Iesu, dum cõfitetur quod,si ipse est,solo iussu potest ipsum facere ambulare super aquas.Sed considerandus est sensus huius petitionis. Non enim intendit petere sola iussionis verba: quia per hoc nil; peteret discretiuum inter phantasma & Iesum:iussionis namque proferre poterat etiã phantasma,sed intendit petere efficaciam veniendi super aquas solo iussu. Sed quo opere, quò effectu mediante, efficacia ista habenda, & cognoscenda erat à Petro, habitaque, & cognita fuit à Petro,scrutandum est.Petrus enim certificari quærens de persona Iesu,nec petebat, vt dictum est sola verba iubentis veni:nec temere audito veni, descendit de naui ad aquas,sed certificatus de eo quod deambulaturus erat super aquas. Quærimus ergo vltra verba iussionis,veni,vnde

ni vnde effectũ certificãs Petrũ quod ambulaturus esset su per aquas? Oportuit autẽ cõcurrere ad hoc opus tria. Primũ ex parte Iesu iussionẽ diuinã,qua dixit & facta sunt omnia.Et hæc clare in Euangelij textu habetur:tũ Petro petẽte iube:tũ Iesu iubẽte veni. Secundũ ex parte animi Petri, scilicet securitas veniẽdi.Et hæc etiã in Euãgelio inuenitur: dũ timẽs Petrus cępit mergi,& audiuit modicæ fidei quare dubitasti?Hinc enim apparet quod iubente Iesu Petro veni,effecta est in animo Petri tanta fides, vt non dubitaret se tutũ iturũ ad Iesũ super aquas. Tertiũ est ex parte corporũ quod dupliciter potuit fieri,vel ex parte Maris solidãdo ipsum &c.Inferius idem Cardinalis in hunc modũ. Itaq; solũ securitas donũ in animo Petri mediũ fuit ad excludendã temeritatẽ à Petro,vt auderet egredi nauẽ ad ambulãdũ super aquas:quia in Euangelio hæc securitas, hæc fides sola describitur cõseruans ambulationẽ Petri super aquas. Tãdiu siquidẽ scribitur ambulasse super aquas,quousq;nõ perdidit securitatẽ timẽdo,& fidẽ dubitando. Statim enim vt dubitauit,& timuit,cępit mergi.Videns vero ventũ validũ cõmouentẽ vndã procellosam timuit.O Petre, securus ambulas in præsenti super aquas fluctuantes, & futurã times à vẽto validiore procellã?Diuina dispẽsatione,ait Cardinalis, tẽperauit Iesus miraculũ:vt experiretur Petrus sine diuinæ gratiæ assistẽtia,propriũ deffectũ in vtẽdo diuinis donis.Nõ enim subtraxit Iesus tũc à Petro donũ fidei infuse,quia sine pœnitẽtia sunt dona Dei,vt dicitur ad Rom.c.9.Sed subtraxit gratuitã assistentiã à Petri animo, quo ad hoc quod reliquit Petrũ sibi ipsi,quantũ ad actũ vtendi fide cõcessa:& Petrus cõsiderans imminentẽ ex valido vẽto procellã,actualiter dubitare cæpit,& timere submersionẽ.Hæc Cardinalis. *Psal.* *Cayetanus.* *Rom.9.*

Obserua obsecro, obserua cãdide & beneuole lector in hac historia, in hac doctrina D. T. & Cardinalis Caietani Thomistarum principis distinctionem inter suffieiens auxilium

xilium & efficax. Sufficiens erat visio ad superandas aquas, & ventum validum, donec veniret Petrus ad Iesum, potestatem habebat perueniēdi, sufficientem, efficacem autem nequaquam, donec eius manus apprehensa est. Virtutem itaque dat sufficiens, & ipsum posse, quodam modo ad modum, quo gratia habitualis dat posse ad perseuerandum, at non dat illud vltimum complementum virtutis, illā vltimam actuationem, ad quam infallibiliter sequatur consensus. Hoc enim non tantum est posse consentire, sed esse infallibiliter consensurum, quæ maxime distinguuntur. Iam assistentia gratiæ diuinæ (quæ est efficacia) ipsam virtutem sufficiētem efficacem facit. Videas D. Tho. 3. con. gent. c. 92. vbi ait quod Psal. 20. dū dicitur: dominus illuminatio mea, tangitur auxilium vniuersale: illuminat enim omnem hominem venientem in hunc mundum: dum additur: dominus protector vitæ meæ, notatur assistentia, complementum ad vsum doni & efficacia. Nec intelligitur per hanc assistentiā, tantum extrinsecum quid, sed etiam aliquid intimum in ipso contactu, & illuminatione: maxime si fiat sermo de vltima efficacia, quæ eleuat ad positiue consentiendum. Itaq; Petrus iam iam naufragus clamare cepit, Domine saluum me fac. Sed rogo Petre, quid petis? Quod auxilium tibi impendi desideras. Non iam iussione, quæ non tātum in aures resonauit (hanc quippe potuisset proferre Phantasma) sed interius cor tetigit, mentem illuminauit, fueras præuentus, & præmunitus? Nonne his sufficienter præuentus, vsui tui arbitrij relinquebatur, vt fœliciter æquora calcares, ventumq; validum superares? Quid vlterius requiris? Donum supernaturale auxilij tenes, quid igitur desideratur? Si ita præuētus, exvsu arbitrij te debes discernere, quare clamas, saluum me fac, si tu te illo auxilio supposito, potes saluum facere? Si filius Dei es, salua temetipsum. Nouerat itaque latro, etsi blasphemus, quod solius filij Dei erat saluare

D. Thomas.

se ip-

ſeipſum, nec peccauit in illatione, ſed quia dubius in antecedente fuit. Deus ergo, cùm non ſit Petrus, clamat pro aſsiſtentia gratiæ diuinæ ad bonum vſum habendum acceptorum donorum.

Quædam aliæ Scripturæ authoritates.

INSIGNIS Adeſt in Euangelio Math. 24. his verbis authoritas. Ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poſſet) electi. Impoſsibile igitur eſt electum finaliter perire, bonoq; non adhærere. Iam, euacuabit hæc impoſsibilitas libertatẽ electi? In quo ſenſu obſecro nequit electus, ſaltim finaliter malo adhærere? In ſenſu ne compoſito, an diuiſo? Cur contemnis hanc diſtinctionem? Nec te recipias ad iam obrutum portum ſcientiæ mediæ: electos dixit, quatenus, non ex hac conditionata viſione impoſsibilitatem ad ſeductionẽ hauſere, ſed ex Dei electione & prædeſtinatione. Hinc elegan- *Ianſenius.* ter Ianſenius ſuper hunc locum cap. 128. his verbis de efficacia auxiliorum loquutus eſt. Id autem (nempe ſeduci electos) non erit poſsibile, ob fortiorem & efficaciorem Dei protectionem, & infallibilem eius prædeſtinationem. De quibus enim ſuis dixit Dominus. Non rapiet eas quiſque de manu mea. Ita Ianſenius. Et certe vbi dixit Chriſtus, nemo poteſt rapere de manu Patris mei, nec tuum arbitrium potens reſiſtere exeluſit. Itaque nemo, nec tu te ipſum, ſi es electus, potes te præripere de manu Dei, ob electionis infallibilitatem, eſto ob libertatem, ſi velis, reſiſtere poſsis modo dicto. *Math. 24.*

Habes etiam Iſa. c. 2. quod in illo triumpho, & victoria Sanctorum, quæ celebrabitur in die iudicij, ſoli Deo victoria decantabitur, cuius virtuti & gratiæ victoriæ noſtræ, noſtri conſenſus boni, boni vſus ſcribendi ſunt. Exaltabitur *Iſa. cap. 2.*

autem Dominus ſolus in die illa:& rurſus.Eleuabitur Dominus ſolus in die illa.Iam ſi ſolus, cur in hac gloria das ſocium vſum tui arbitrij,non vt ſequentem,ſed vt coadiutorem?Cur ſocium das Deo, vt cauſæ partiali arbitrium tuũ, ſi ſolus eſt, eſto tuum, vt fructum ſuæ efficaciæ, requirat conſenſum?Soli ergo Deo honor, & gloria in ſecula ſeculorum Amen.

Exodi. 15. Moiſes in ſuo Epinicio efficaciæ auxilij diuini laudatorio, quod ab Origine in Exo. Canticum Canticorum dicitur ob antiquitatem, quod vetuſtius, etiam in humanis non inueniatur (non enim genus humanum, niſi Deo auctore ad canendum fuiſſet excitatum) clamat fortitudo & laus mea Dominus.Et quia ſatis non erat, vt Moiſes ſolus Deum auctorem tanti beneficij celebraret, tota gente diſtributa in duos choros, ipſe viris carmen præcinit: sororem autem dedit præcentricem fœminis.Nec deſunt, qui carmina hæc in chorum cantata dicant,ſic,vt,chorus choro reſponderet. Res antiquiſsima in Eccleſia Dei chorus, & primo pro laudanda auxiliorum diuinorum efficacia inſtitutus. Cantabant igitur Moiſes & filij Iſrael, Dominus glorioſe magnificatus eſt : equm & aſcenſorem, ſenſum & rationem ſternit ſibi. Fortitudo mea & laus mea Dominus. Non dixit: fortis meus, quaſi te remanente in caſtris ſolus ille in ſe & perſe prælietur, ſed fortitudo mea:ideſt ipſe mihi per ſua auxilia eſt ratio præliandi,& totius victoriæ auctor, in me & per me vincit: exeamus ergo extra caſtra, vt in nobis, pro nobis, & per nos pugnet.Fortitudo mea,ideſt vehementia, efficacia, & auxilium meum Dominus.Mea dixit,ob liberum conſenſum: fortitudo mea,non partialis,ſed tota: Dominus: non dixit à Domino;eſto à Domino ſit, vt Deo non ſe condiuidat, ſed quaſi pro vno computentur,cum in ipſo viuamus, moueamur,& ſimus :Sicut igitur fortitudo tua tibi non infert violen-

Chorus antiquiſſimus in Eccleſia Dei.

Hæb.13.

violentiam,ita nec fortitudo Dei,nam tua eſt, & in tua imbibitur, ac proinde non cenſetur Deus principium extrinſecum paſſo inferens vim.Lapis non dicit proijcienti virtuti,fortitudo mea:Moiſes autem dicit Deo : fortitudo mea. Cantemus igitur cum Moiſe,& chorus choro reſpondeat. Cantemus Domino:non nobis Domine non nobis, ſed nomini tua da gloriam. *Pſal.113.*

Hierem.13.ita in perſona omnium piorum Deum præcatur,dicens:Conuerte me domine; & conuertar , quia tu Dominus Deus.Poſtquam enim conuertiſti me ,egi pœnitentiam , & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſsi femur meum &c. *Hiere.13.*

Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum, & egreſſus foras fleuit amare Luc.22.ſuper hæc verba Ambroſius cõmẽ. inLuc.Ita.Negauit enim primoPetrus,& nõ fleuit;quia nõ reſpexerat Dominus:negauit ſecũdo, & non fleuit;quia nõ reſpexeratDominus:negauit & tertio,reſpexit Ieſus,& ille amariſsime fleuit.Secundo Paralipo.cap. 30. in Iuda quoq; facta eſt manus Domini,vt daret eis cor vnum, vt facerent iuxa præceptum Regis & principum verbum Domini. Pſal.76. hæc mutatio dexteræ excelſi. Iſai.55. Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo , non reuertetur ad me vacuum ; ſed faciet quæcunque volui , & proſperabitur in his,ad quæ miſi illud. Luc.14 compelle eos intrare. Super quem locum Auguſtinus Epiſto.48. ad Vincentium ita. Putas neminem debere cogi ad iuſtitiam , cum legas Patrem familias dixiſſe ſeruis ſuis: Quoſcunque inueneritis,cogite intrare?Cùm legas,etiam ipſum primò Saulũ,poſtea Paulum ad cognoſcendã & tenendam veritatẽ magna violentia Chriſti cogentis eſſe compulſum? Sed obſecro Auguſtine, cur hæc verba coactionis & violentiæ vſurpas? Videntur quippe aſperè in aures influere. Voluit ſanctiſsimus & acutiſsimus Doctor hoc loquendi modo tumen- *Luc.22. 2.Paralip. cap.30. Pſal.76. Iſa.55. Luc.14. Auguſt.*

tem

tem libertatem humiliando, in aures naturales quasi aspere insonare, vt in aures audiendi supernaturales suauius influeret. Voluit, inquam, dicere, quod, etsi vtrumque certissimum sit & de fide, priùs tamen esse credendam efficacē auxilij diuini virtutem, quam libertatem nostram, & casu quo non constaret, etiam fide, libertas nostra, sed lumini naturali relinqueremur, minus inepte dubitaret quis (quāuis vtrumque ineptum sit) an essemus liberi, quam an virtus diuina esset efficax. Coactio ergo & violentia dicitur, non quia violentia sit, cum libertatem non violet, sed quia vehementia, & efficacia est. Christus non præscito vsui tuæ libertatis attribuit discretionem, sed voluntati patris dicēs: ita Pater; quoniam ita placitum est ante te: & certe, si non electioni vel auxiliatrici voluntati diuinæ, secundum id quod addit prædestinatio præscientiæ, attribueretur discretio, quinimo stante æquali in duobus eo, quod addit prædestinatio præscientiæ, resurgeret vnus, quia pro bono vsu arbitrij præsciti negotium perficeret, seu efficaciam adderet, sola præscientia vsus tui arbitrij distingueret te prædestinatum à præscito: nam in his, quæ superueniunt præscientiæ, æquales sunt. Quod asserere Scripturæ & Patribus repugnat, vt habes in Relectione præcedenti ex D. Thoma. Gloriabantur & non immerito Hæbrei, vt licet ex Paulo colligere, magis de nomine Israel, quam de alijs, nō enim dicebantur Iacobitæ, sed Israelitæ, quia Israel potens Dei interprætatur. Potens Dei, quia totum posse Dei est: & si vis in iudicio de peccatis, in lucta, inquā, illa cum Deo contendere, Deum quasi arguere, seu vti vincere, nomineq; Israel donari, esto potens Dei, & noli esse potens Deus.

1. Reg. c. 17. Non sunt silentio absoluendi sermones, quos habuit Dauid ad Philisthæum, dum illum aggrederetur. Tu venis ad me, ait Dauid, cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum. Non in gladio & ha-

& hasta saluat dominus; ipsius enim est bellum. Galeam Regis æream, & loricam despexit Dauid, & in eis industriam humanam contempsit de solo Dei auxilio cõfisus. ac proinde quinque limpidissimos lapides, mirificam plagarum Christi figuram, elegit, & ita de Philistęo triũphauit. Hinc Chrisosto. homi. 45. de inuidia & liuore super hunc locum asseruit. Despexit Dauid regia arma: hoc autem agebatur, vt nuda Dei virtus appareret, quæ per eum operabatur, ne armis gesta tribuerent. Non in naturalibus & robustis neruis, partibus, membris, corporisque compage habet Samson fortitudinem, sed in Nazaræis capillis, Deo dicatis & cõsecratis, quibus abrasis, abrasa fuit virtus & efficacia.

Isignis etiã adest historia pro nostra doctrina Exo. cap. 12. Instigauerat Deus Pharaonem auxilijs sufficientibus; iam quippe volebat, iam propositum reuocabat; & ita nunquam efficaciter dimittebat, in quibus pulsationibus mirificè sufficientia auxiliorum elucet, ac resistentia Pharaonis. At quando Decreuit cor Pharaonis vincere, & efficaciter inclinare, vt populum dimitteret, efficax adiunxit auxiliũ. Ita enim habet Scriptura Exod. 11. adhuc vna plaga tangam Pharaonem, & post hæc dimittet vos. Et c. 12. Factum est autem in noctis medio percussit Dominus omne primogenitum in terra Ægipti, à primogenito Pharaonis vsque ad primogenitum captiuę: surrexitque Pharao & omnes serui eius, cunctaque Ægyptus, vocatisque Pharao Moyse & Aaron nocte, ait: Surgite & egredimini à populo meo vos & filij Israel. Ite & immolate Domino Deo sicut dicitis &c. Quibus expletis egressus est eadem die omnis exercitus Domini de terra Ægypti. Elegantissima pulcherrimaque historia, & nobis opportuna. Obseruate obsecro obseruate totum nostræ iustificationis negotium in huiusmodi egressu. Appetitus sensitiuus, mundus, Dęmon tanquam Pharaones nos premunt, & quasi cogunt in operibus

Exod. c. 12.

Exodi. 11.

Exodi. 12.

Discursus cõuersionis animę per egressum de Ægypto exponitur.

lutiinſeruire(noſter etiam animus macula peccati,prauiſq; diſpoſitionibus ſauciatus, ad malum propendet:vult Deus vt egrediatur animus de terra Ægypti, & ſacrificet in de-
Pſal.50. ſerto illud ſacrificium, de quo Dauid dixit: Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus,cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies:ac proinde prẽmit Deus appetitum,& concupiſcentiam,fugat Dæmonem, carnem coërcet, impedit mundũ,& in omnes hosPharaones magnas plagas inducit. Excitat præterea mentem,inſpirat voluntati:& quãdo hoc præſtat per auxilium ſufficiens,exurgit animus in quaſdam velleitates:at quando Deus ſtatuit per ſuum efficax auxiliũ de peruicaciPharaone triumphare,& cor noſtrum inclinare,vt relicto Ægypto ad terrã promiſsionis tendat: percutit primogenita Ægypti, quæ percuſsio auxilij Dei efficaciam ſatis apertè inſinuat. Caue igitur ne hunc egreſſum bono vſu arbitrij tui aſcribas, & non potiùs Deo. Cauè ne
Exo.32. vitulum conflatilem erigas,& adores dicendo:Hi ſunt *Dij* tui Iſrael,qui eduxerunt te de terra Ægypti. Quod ſcelus filiorumIſrael non niſi cum magna ſanguinis effuſione fuit expiatum. Dices. Primogenitorum occiſio moraliter mouebat, non autem phyſicè.R. Quod præter occiſionem interius concuſsit efficaciter Deus cor Pharaonis. Si enim mortem propriam interea paganus pro falſo dogmate ſubit,nec minis flectitur, minus morte aliena. Interius ergo fregit Deus cor Pharaonis,& flectendum efficaciter diſpoſuit obiecta primogenitorum morte.Deus igitur ſuo efficaci auxilio te liberat de terra Ægypti, & ſeruitute Pharaonis.Illi gratias agito,eumq; vt iuſtitiæ tuæ auctorem adora: nec offenditur libertas,quinimmò de duriſsimo Pharaonis
Exo.13. imperio erepta perficitur & corroboratur. His fauent illa verba Exo.3.Sed ego ſcio,quod nõ dimittet vos rex Ægypti vt eatis,niſi per manũ validã. En quomodo non arbitrio, ſed valori, & fortitudini ſuæ manus aſcribat dimiſsionem populi:valida dicitur,ideſt efficax,fortis.V bi V atablus: in manu

manu valida: ideſt coactus dimittet vos. Nõ coactus, hoc eſt nõ liberè: ſed quatenus efficaciter præuẽtus. Et rogo quando infertur quod dimittet nos, quia manus fortis applicatur, eſt ne infallibilis conſequẽtia, an nõ? Dicẽt aduerſarij, quòd hauſta hęc cõſequẽtia à ſola applicatione validę manus non eſt infallibilis, ac proinde oportuiſſet dicere: ſcio quòd nõ dimittet vos niſi in manu forti, & bono vſu ſui arbitrij, ſine quo nõ eſt ſatis fortis mea manus. Aliæ verò monitiones erãt ſufficiẽtes, nõ validę. Huic hiſtoriæ mirifice arridet fuga Lot de Sodomitico igne. Inſtigauerãt enim Angeli aliquorũ auxiliorũ diuinorũ miniſtri, ipsũ Lot ſufficiẽter iterũ atq; iterũ: illo vero diſſimulante, efficaciã adiungẽtes appræhenderunt manũ eius, quæ appræhenſio ſolemnem typũ gerit auxiliorũ diuinorũ efficaciæ. Ieremiæ. 10. non eſt hominis via eius, nec viri eſt, vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Itẽ apud Oſeam: Perditio tua ex te, tantũmodò in me auxiliũ tuũ. Adeſt etiã Cãt. 5. pulchra authoritas. Incitauerat ſpõſus ſpõſã clamoribus, ſuaſionibus, quę sũt auxilia moralia tantũ, & ſufficiẽtia: nec aperiebat ſpõſa; at vbi per foramẽ miſit manũ ſuã ſpõſus, vẽter ſpõſę intumuit ad tactũ eius, & illico ſurrexit vt aperiret dilecto ſuo: igitur aliquid ſpeciale habebat cõtactus ille, ratione cuius potuit efficaciter inclinare ſponſã: non ergo aſcribatur efficacia arbitrio ſpõſæ, ſed motioni quã accepit à ſpõſo. De efficaci virtute gratiæ interprætatur hũc locũ Gregor. Nicę. & noſter Sotomaior expræſſe. Nec aborret ab hac interpretatione Rabbi Selemoh ſuper hunc locũ. Iã quid reſpõdet ſpõſa? Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus meus loquutus eſt. Hebręus & ſeptuaginta habẽt anima mea egreſſa eſt. Grego. liquefacta eſt, quia dum Chriſtus ſe per ſpiritum ſuum infundit, omnem duritiem cordis mox diſſoluit.

Gen. 19.

Oſee. 13.

Cant. 5.

Iud. 7.

Iudicũ c. 7. dicitur, Multus tecũ eſt populus, nec tradetur Madiã in manus eius, ne glorietur Iſrael cõtra me, & dicat meis viribus liberatus sũ. Paulus dicebat: ſermo meus

nō inpersuasibilibus humanæ sapiētię verbis &c. vt nō euacuetur crux Christi; vt nō glorietur omnis caro. Quomodo ergo addet efficaciā adiūget virtutē, quod euacuat diuina?

Primi Regum c. 10. legitur. Sed & Saul abijt in domum suam in Gabaa: & abijt cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. Filij verò Belial dixerunt: num saluare nos poterit iste? Notate verba illa, quorum tetigerat corda. Notate physicam efficaciam. Et ibidem immutauit ei Dominus cor aliud, quæ planè immutatio absque physica

Gen. 18. prædeterminatione intelligi non potest. Considerate etiā obsecro, historiam iucundissimam Genesis 18. Promiserat Deus Abrahamo filium ex Sara: iam, Sara suam, & viri senectutem obseruans, risit, cuius risum merito increpauit Dominus dicens. Nunquid Deo quicquam est difficile? Abraham verò contra spem humanis viribus innixam in

Ad Rom. 4. spem credidit innixam diuinis auxilijs, vt ait Paulus ad Rom. 4. nec consideravit corpus suum emortuū, & emortuam vuluam Saræ: plenissimè sciens, quia quæcunque promisit, potens est facere: ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Quis non videt Sarā virtutem illam efficacem accepisse à Deo miraculosè, & supernaturaliter? Alioqui non fuisset filius promissionis. Qui ergo contra spem vsui arbitrij nostri innixam; non credunt in spem innixam auxilijs diuinis, nonhabebunt legitimum, & liberum Isaac promissionis filium, sed spurium, & adulterinum.

Ad Rom. 3. Perpendite quæso Paulum ad Rom. 3. iustificati gratis per gratiā ipsius. Et rursus inducit riā, & operā alloquens humanā Paulus ita arbitrio nostro insultat. Vbi est ergo gloria tua? Exclusa est. Abrahā vero, vt habetur ibidē cap. 4. in-

Ad Rom. 4. genuè fassus efficaciā diuinę potētię, nō hęsitauit diffidētia, sed cōfortatus est fide dans gloriā nō arbitrio, sed Deo: plenissime sciēs; quia quęcūq; promisit Deus, potēs est facere. Nō dixit prævidet, aut præscit efficaciā, viso arbitrio, & eius cōsensu; sed potens est ipse Deus facere quæ promisit.

Si enim

Digitized by Google

Si enim ab arbitrio efficacia pendet, Dei motio, vt sic, non est plenissime potens, nec Abrahã esset plenissime & infallibiliter sciens promissionem cognoscendo solam potentiam Dei, si non esset plena & efficax absque consensu nostro. Concludendum igitur est hunc promissionis filium omnino supernaturalem non ex voluntate carnis, viri, non ex sanguinibus, sed ex Deo nasci. Hæc filiorum assumptio, cum adoptio sit, est gratiosa, extraneumq; omnino admittit. Et hoc habet plusquam adoptio humana ad bona temporalia, quòd homo adoptans dat hæreditatem: non autem idoneitatem & dignitatem, sed supponit: Deus autem gratis dat hæreditatem extraneo, & etiã gratis iustificãdo dat idoneitatem & dignitatem. Si stante æquali motione Dei admittentis ad hæreditatem, vnus adoptetur, alter non, ob vsum arbitrij: ergo tute adoptas, efficacia adoptionis jura à te habes. Si irritam potes facere adoptionem Dei, quatenus ex parte Dei non sit efficax, & infallibilis, nisi des efficaciam consentiendo: ergo non adoptat Deus, sed tu cum Deo te adoptas, & prædestinas, & per consequens nec regnum cælorum vim patitur, nec violenti rapiunt illud: sed qui iura habent; & non ex gratia efficaci Dei. Nonne datur efficax admissio ad hæreditatem, quæ dicitur adoptio? Ita. Cuius ergo virtutis est efficaciter? Extranei ergo sumus à tali hæreditate, & gratiæ extranea est nostra natura, & adhuc magis, vsus arbitrij, qui opus nostrum est, ac proinde nisi vires efficaces habeat à Deo supernaturales, vires proportionatas, domesticas, legitimas, non autem extraneas, seu adulterinas, non poterit esse adoptio.

Adoptio per gratiã omnino gratiosa est.

Matthæ. 11

Idem Paulus Epistola prefata clamat: voluntati eius quis resistet? Igitur si hanc tesseram ponit Deus in vexillis sui exercitus, non ex aduerso in vexillo nostræ libertatis ponamus: arbitrium humanum resistet. Itaque sicut dicentibus: Sabinis populis quis resistet, responsum fuit: Senatus, Popu-

Rom. 4.

nō inpersuasibilibus humanæ sapiētię verbis &c. vt nō euacuetur crux Christi; vt nō glorietur omnis caro. Quomodo ergo addet efficaciā adiuget virtutē, quod euacuat diuinā? Primi Regum c. 10. legitur. Sed & Saul abijt in domum suam in Gabaa: & abijt cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. Filij verò Belial dixerunt: num saluare nos poterit iste? Notate verba illa, quorum tetigerat corda. Notate physicam efficaciam. Et ibidem immutauit ei Dominus cor aliud, quæ planè immutatio absque physica
Gen. 18. prædeterminatione intelligi non potest. Considerate etiā obsecro, historiam iucundissimam Genesis 18. Promiserat Deus Abrahamo filium ex Sara iam, Sara suam, & viri senectutem obseruans, risit, cuius risum merito increpauit Dominus dicens. Nunquid Deo quicquam est difficile? Abraham verò contra spem humanis viribus innixam in
Ad Rom. 4. spem credidit innixam diuinis auxilijs, vt ait Paulus ad Rom. 4. nec considerauit corpus suum emortuū, & emortuam vuluam Saræ: plenissimè sciens, quia quæcunque promisit, potens est facere: ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Quis non videt Saram virtutem illam efficacem accepisse à Deo miraculosè, & supernaturaliter? Alioqui non fuisset filius promissionis. Qui ergo contra spem vsui arbitrij nostri innixam; non credunt in spem innixam auxilijs diuinis, non habebunt legitimum, & liberum Isaac promis-
Ad Rom. 3. sionis filium, sed spurium, & adulterinum.

Perpendite quæso Paulum ad Rom. 3. iustificati gratis per gratiā ipsius. Et rursus industriā, & operā alloquens humanā Paulus ita arbitrio nostro insultat. Vbi est ergo gloria tua? Excusa est. Abrahā verò, vt habetur ibidē cap. 4. in-
Ad Rom. 4. genuè fassus efficaciā diuinę potētię, nō hęsitauit diffidētia, sed cōfortatus est fide dans gloriā, nō arbitrio, sed Deo: plenissime sciēs, quia quęcūq; promisit Deus, potēs est facere. Nō dixit præuidet, aut præscit efficaciā, viso arbitrio, & eius cōsensu, sed potens est ipse Deus facere quæ promisit.

Si enim

Digitized by Google

Si enim ab arbitrio efficacia pendet, Dei motio, vt sic, non est plenissime potens, nec Abrahã esset plenissime & infalli biliter sciens promissionem cognoscendo solam potentiam Dei, si non esset plena & efficax absque consensu nostro. Concludendum igitur est hunc promissionis filium omnino supernaturalem non ex voluntate carnis, viri, non ex sanguinibus, sed ex Deo nasci. Hæc filiorum assumptio, cum adoptio sit, est gratiosa, extraneumq; omnino admittit. Et hoc habet plusquam adoptio humana ad bona temporalia, quòd homo adoptans dat hæreditatem: non autem idoneitatem & dignitatem, sed supponit: Deus autem gratis dat hæreditatem extraneo, & etiã gratis iustificãdo dat idoneitatem & dignitatem. Si stante æquali motione Dei admittentis ad hæreditatem, vnus adoptetur, alter non, ob vsum arbitrij: ergo tute adoptas, efficacia adoptionis jura à te habes. Si irritam potes facere adoptionem Dei, quatenus ex parte Dei non sit efficax, & infallibilis, nisi des efficaciam consentiendo: ergo non adoptat Deus, sed tu cum Deo te adoptas, & prædestinas, & per consequens nec regnum cælorum vim patitur, nec violenti rapiunt illud: sed qui iura habent; & non ex gratia efficaci Dei. Nonne datur efficax admissio ad hæreditatem, quæ dicitur adoptio? Ita. Cuius ergo virtutis est efficaciter? Extranei ergo sumus à tali hæreditate, & gratiæ extranea est nostra natura, & adhuc magis, vsus arbitrij, qui opus nostrum est, ac proinde nisi vires efficaces habeat à Deo supernaturales, vires proportionatas, domesticas, legitimas, non autem extraneas, seu adulterinas, non poterit esse adoptio.

Adoptio per gratiã omnino gratiosa est.

Matthæ. 11

Idem Paulus Epistola prefata clamat: voluntati eius quis resistet? Igitur si hanc tesseram ponit Deus in vexillis sui exercitus, non ex aduerso in vexillo nostræ libertatis ponamus: arbitrium humanum resistet. Itaque sicut dicentibus: Sabinis populis quis resistet, responsum fuit: Senatus, Popu-

Rom. 4.

Iusq; Romanus: ita videbere Paulo dicenti, quis euacuabit, aut irritabit efficax auxilium Dei, respondere: vsus arbitrij. Ac proinde non poterit Deus has glorias in suis vexillis ponere, & has victorias, nisi consulto arbitrio nostro, accipiendo ab illo efficaciã. Quomodo fieri potest vt victoriæ insignia ex victorũ efficaci virtute depẽdeant: & quòd nõ potius debilitatẽ arguant, & notẽt eorũdẽ? Alioqui iniustè victor sibi assumeret glorias, & triũphos victorię, victoria parta, nõ sua virtute efficaci, sed adiũcta efficacia victorię à victis. Victores ergo erunt, & nõ victi à potenti manu Dei. Ad Phili. c. 2. Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere: at perficere non videretur Deus, si dũ inchoat æquali auxilio in duobus, interea pro innata libertate, resurgit vnus, altero nõ resurgente: & quòd difficilius est, si resurgat, qui minus auxiliũ accepit. Quomodo perficit, si perfectionẽ ab vsu arbitrij expectat?

Ac Phi. 2.

Paulum explicat August. pro efficacia.

1. ad Cor. 4 ab Aug. exponitur illud. Quis te discernit.

A Dest pro nobis illud 1. ad Co. 4. Quis te discernit? Cuius loci germanã explicationem habet Aug. libro de Prædesti. c. 3. & 5. in hunc modũ dicens. Quid habes, quod nõ accepisti? à quo, nisi ab eo, qui te discernit ab alio, cui nõ donauit, quod donauit tibi? Non tantũ dicit August. cui non eo tẽpore, eo loco, non donauit, quod tibi: sed cui nõ donauit, quod donauit tibi. Nõ inquã ait, quod Deus discernat præsciendo, & prędidẽdo tuũ cõsensũ, hoc quippe est asserere, quod præuideat te discernentẽ te ipsum suppositio tãtũ sufficienti, non autẽ quòd Deus donet id, quod discernat te. Si stãte æquali auxilio ex parte Dei, immò etiã minore potest, qui minus accipit, se conuertere pro bono vsu arbitrij, iste se discernit, & segregat Deo: iste seipsũ Nazaræũ cõstituit Deo; dicatũ, & deuotũ: non in miraculosis capillis, sed in

natura-

naturalibus viribus arbitrij fortitudinē iſte Sāſon haberet.

Nec euades huius loci D. Pauli vim, ſi dicas, ad eius veritatē ſatis eſſe, quòd Deus excitet & vocet: & ſit, qui principaliter concurrit, nā inanis eſt fuga: Paulus quippe, nō rātū dicit, quod Deus cōcurrat principalius. Hoc enim quis negat, quis dubitat? Sed quod diſcernat. Diſcernere eſt vnum præ alio aſſumere, & eligere. Quomodo ergo diſcernit, diſtinguit, & inæquales facit auxiliū Dei, ſi vt ſic, æquale eſt in duobus? Quo modo diſtinguit, quos vnos facit pares in gratia quātū eſt ex virtute gratiæ, & auxilij? Et quod difficilius eſt quomo diſcernit, ſi quē magis diſcernit, & adiuuat quātū eſt ex virtute ſui auxilij, nō diſcernitur, ſed remanet in peccato. Certè, ſi ex præſcientia media conſenſus futuri ita qui dā erant eligibiles vt nō alij, electio libera fuit quoad exercitium tantum, & ita quoad ſpecificationē, non eſſemus electi propter bonitatē diuinā quidā prælijs. Non eſt volentis neq; currentis, ſed miſerentis Dei, clamat Paulus ad Rom. c. 9. & Auguſtinus ſuper hunc locum mouet hanc quæſtionem in Enchirid. ca. 32. Quomodo dicit Apoſtolus non eſſe volētis, neq; currētis, ſed miſerētis Dei, cū, ſi homo eius ęgritis ſit, vt ratione vtatur, nō poſsit credere, vel operari niſi velit, & niſi volūtate cōcurrat? Et R. Agu. refutans primò falſam huius loci, & difficultatis ſolutionē. Dicebant enim aliqui ex eo dictū fuiſſe, non eſſe currentis, neq; volentis, ac ſi dixiſſet, non ſufficit ſola voluntas hominis, ſi non ſit etiā miſericordia Dei, quia ex vtroq; fit. Hanc inquā quæſtionis ſolutionē refellit Auguſt. dicens: cur è contrario non rectè dicitur: non miſerentis eſt Dei, ſed volentis eſt hominis, quia id miſericordia ſola non implet? Et tandē cōcludit Auguſt. propterea rectè dictū, non volentis neq; currētis, ſed miſerētis eſt Dei, vt totū Deo detur, qui hominis voluntatem bonam & prępărat adiuuandam, & adiuuat præparandam. Noſcunt aliqui aduerſarium ſe habere Auguſtinum, ſed tamen arbitrantur pro ſe habere Nazianzenum oratione. 31. vbi

Aug. explicat illud, nō eſt volentis neque currentis.

Nazianze.

Digitized by Google

vbi explicans hunc locũ Pauli, ait: nõ solũ volentis, neq; currentis solũ, quia licet ipsum velle nostrũ sit, non tamen sine Deo opitulante, ac principaliter operante. Tamen hæc verba Nazianzeni non stant pro illis. Nam Theologus supponens auxilium operãs esse in nobis sine nobis, asserit, quòd ipsa conuersio non est in nobis sine nobis, nam liberè consentimus, ac proinde & Dei & nostra est: Dei principaliter, quia ipse efficaciter prædeterminauit, nostra verò minus præcipuè, nimirum vt subordinati sumus auxilio Dei efficaci. Hinc loco præfato Theologus ita habet. Quoniam velle quoq; est à Deo, optimo iure totum Deo asignatur. Scio, inquit, quòd nec leuium cursus, nec bellum potentum, nec pugnãtium victoria, nec prosperè nauigantium portus, sed Dei est victoriam adferre, & incolumem scapham in portũ deducere. Idem eadem oratione sic habet. Ipsum etiã velle rectè, diuino auxilio indiget: immo, vt rectius loquar, voluntas quoq; ipsa, & electio eorum, quæ recta & cum officio cõiuncta sunt, diuinum quoddam beneficium est, atq; à Dei benignitate emanans. Hæc Nazianzenus. Videant iam an stet prose, an potius pro nobis & veritate ipsa.

Nazianze.

Ezechi. 36.

Aliæ authoritates scripturæ.

CONFIRMATVR vlterius huius cemodi veritas nostrę sententiæ ex illo Ezech. 36. Ego faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iustitiam meam custodiatis, & operemini. Super quem locum Augustinus libro de gratia & libero arb. asserit. Certum est nos velle cum volumus, sed ipse facit vt velimus bonum, de quo dictum est: præparatur à Domino, & à Domino gressus hominis diriguntur: & viam eius volet, de quo etiam dictum est: qui operatur in nobis, & velle, & perficere. Certum quidem est nos facere, cum facimus, sed ille facit, vt faciamus præbendo vires efficacissimas

Digitized by Google

simas voluntati. Hæc Augustinus. Et nota maximè distinguì duo hæc: nobiscum operari nostrum velle: & in nobis operari nostrum velle, estò vtrunque inueniatur. Nam hoc notat auxilium efficax præueniens: illud autem concomitans seu concursum simultaneum. Apud eundem Prophetam habetur illud: auferam à vobis cor lapideum, & dabo cor carneũ. Prouer. 21. cor Regis in manu Domini est, quòcũq; voluerit vertet illud. Apud Iob. Qui immutat cor principum. Hæc autem vix ac ne vix quidem intelligi possunt, nisi auxilijs diuinis prædeterminatiuam virtutem efficacem & physicam attribuamus. In corde lapideo iactum semen quasi super petram, cum exortum fuerit quoniam radicem non dedit in profundum, ascendente sole æstuari dicitur, & arescere: fructum autem dat, si super carneum. Si ergo Deus dat carneum, & aufert lapideum, dat etiam consensum, vt fructum. Potẽs igitur est dominus educere oleũ de Chalybe emolliendo cor tuum: & aquas in durissimo saxo præparare.

Pro. 21.

Iob. 12.

Mirifice Anna 1. Reg. 2. Has victorias Deo decantauit, & decreuit conceptum Samuelem non suæ sterilitati, sed Dei omnipotẽtiæ dare in hunc modũ. Non est fortis sicut Deus noster: Deus scientiarũ dominus, ipsi præparantur etiam cogitationes: id est ipse præparat, nec eo inconsulto ex vsu arbitrij præparantur. Pedes Sanctorum suorum seruabit. &c. ergo, si tua sterilitas dat consensum, non habebis Samuelẽ.

1. Reg. 2.

Expressa etiam videtur nostra doctrina Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit eum. In cuius loci explicatione Augustinus lib. 1. contra duas Epi. Pelagi. cap. 16. considerat, & accurate perpendit terminum illum traxerit, animaduertens quòd non dicatur duxerit, quod est volentis: sed traxerit, quod est nolentis. Vt ostenderet voluntatem nostram nõ antecedere motionem Dei, sed potius è conuerso. Concluditque Augustinus. Trahi-

Ioan. 6.

Augusti.

tur ergo homo miris modis: vt velit, ab illo, qui nouit intus in ipsis hominum cordibus operari, non vt nolentes credant, sed vt volentes ex nolentibus fiant. Omne quod dat mihi Pater, ad me venit Sed rogo, quomodo dat, si non dat, sed tantum præuidet te te ipsum dantem? Quo modo ait Christus, nemo rapiet eas de manu mea (nisi tua libertas sit istud nemo) si tu potes diuinum consilium irritare? Iudas in sua Epistola Canonica habet sub finem. Ei autem, qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos. Et rursus. Soli Deo saluatori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum gloria, & magnificentia, imperium, & potestas ante omne seculum. Notate terminum, potens. Notate illud, soli Deo, vt vsum arbitrij nostri consortem non faciatis in hoc Triumpho, vt adiuuantem auxilium, Dei, sed vt sequentem, & consentientem Deo eficaciter vocanti. Iudith. 13. non permisit dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua. Et rursus. Benedixit te Deus in virtute sua. Conuiuium illud Euangelicum & conuiuas considerate. Nam vocati sufficienti auxilio non venerunt: illi autem, qui fuere compulsi, intrauerunt, quæ compulsio mirifice efficaciam auxiliorum diuinorum præse fert. His fauet modus loquendi Pauli, dum ad Rom. 8. Seriem & ordinem conuersionis describens, habet. Quos prædestinauit, hos & vocauit: quos vocauit, hos & iustificauit. Hæc itaq; verba efficaciam virtutis diuinæ declarant: solius enim Dei sit mentio: quatenus nostrum consentire fructus diuinæ vocationis est. Eccles. 34. Aliquoties vsque ad mortem periclitatus horum causa, & liberatus sum gratia Dei. Lucæ. 8. vobis datum est nosse mysterium cæteris autem in parabolis: vt videntes non videant. Iam quomodo da

Iudas in sua canonica. Epis.

Eccle. 34.

Luc. 8.

D. Thomas.

tum

tum est à Spiritus sancti auxilio, si qui minus illuminatur, magis intelligit? Quomodo donum, si vsu arbitrij habetur? Dicente aduersario, cui minus datum est magis audit, cui magis, minus, quo modo hæc verba Euangelij explicabuntur?

Fatetur Ecclesia in suis orationibus se in sola spe gratiæ cælestis inniti: ergo in illa seorsum considerata adest efficacia: vel spes virtus Theologa non est, si vsui arbitrij nostri, non vt fructui, sed vt arbori & principio innitatur. Diuus Thomas. 2. 2. quæst. 17. art. 6. ad 3. Optime nouit auxilium diuinum, cui Theologa spes innitur, esse efficax: habet enim in hunc modum. Spes facit tendere in Deum sicut in quoddam bonum finale adipiscendum, & sicut in quoddam adiutorium efficax ad subueniendum. Scio, cui credidi, & certus sum &c. Sed vnde prouenit Paule, vnde prouenit hæc certitudo? Habes illam in voluntate viri, aut in tibijs viri beneplacitum erit tibi? Abfit. Fatetur ergo Apostolus, vt Diuus Thomas habet 2. 2. quæst. 18. art. 4. quod innitatur certitudo & infallibilitas spei in fide: vt certitudinaliter & infallibiliter motæ per efficacia auxilia diuina. Alioqui periret certitudo & infallibilitas. Nam cuiuis causalitati ordinationique humanæ, nisi infallibilitatem habeat à Deo, potest subesse fallibilitas, & obijci impedimentum. Et ita Prædestinatio, non quatenus practica, sed quoad id tantum, quod habet præscientiæ speculatiuæ esset infallibilis. Hanc eandem veritatem fassa est Iudith in sua oratione dicens. Non enim in multitudine est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi.

Paulus.

D. Thomas.

Iudith.

Vt quid clamat Paulus, Deus autem spei, si spem efficaciter non adimplet: nam, etsi vt obiectum speratum adimpleat, si tamen non datur auxilium efficax, non

adimplet, vt principium efficiens, ac proinde, vt dixi, hac ex parte non esset spes ex integro virtus Theologa. Consulto itaque addidit Paulus, & quia potens est: non dixit, quia prę uidens, tantum quia præsciens, sed quia potens. Roma. 2. Circuncisio cordis in spiritu, non littera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Et esset plane si auxilium Dei non in se haberet efficaciam. Ibidem 4. ideo ex fide, vt secũ dum gratiam firma sit promissio. Sed rogo quomodo firma ret, si quem magis adiuuat & firmat, infirmior esset: firmior autem minus à gratiæ firmatus auxilio? Ecclesia etiam in oratione dominica petit in hunc modum. Fiat volũtas tua, hæc enim efficax, si adsit, & nostra, tanquam illius pedisequa infallibiliter aderit. Hinc Cyprianus explicans orationem dominicam ait. Petimus fieri volũtatem Dei in nobis: non equidem ita vt nostra non debeat consentire, sed imploramus fieri voluntatem Dei, quatenus per sua auxilia facit, vt faciamus. Hæc Cyprianus. Videas Cornelium Iansenium cap. 41. Super 6. Matth. vbi multa dicit pro efficacia auxiliorum explicans orationem dominicam. Non igitur ores dicendo fiat voluntas tua & etiam nostra: nobis enim soli Deo adhærere bonum est, ponereq; in illo spem nostram, & dicere fiat voluntas tua. Nam nostra, si adsit diuina, sequetur vt fructus efficax, seu vt effectus efficacis virtutis diuinæ, non autem vt dans illi auxilio efficaciam. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Frater non redimit, nec homo se ipsum liberat, nec dabit Deo placationem suam, sed ab ipso accipiet illam. Prouer. 2. habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ &c. Noli ergo fiduciam & spem dimidiare, quatenus auxilium Dei, & vsum tui arbitrij vt partiales adiutrices causas respicias: totalis enim causa Deus est, & non partialis, ac proinde ex toto corde tuo non ex dimidio tantum habeto fiduciam.

Primæ

Primæ Ioan vlti. Scimus quia omnis, qui natus est ex Deo non peccat, sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Non itaque conseruat, aut præseruat esse ex sanguinibus, ex voluntate viri, aut carnis, sed generatio Dei, & natum esse ex Deo. Ad Romanos capite decimo sexto. Ei autem, qui potens est vos confirmare: ergo non tantum potens ad excitandum, sed etiam ad confirmandum. Certè qui de omnipotenti & efficaci Dei virtute dubitarent male loquerentur de Deo, sicut illi, qui dubitabāt an posset parare mensam in deserto. Hinc 2. Machab. c. 11. Nec Lysias fuit adeo insensatus, vt dubitaret Hebræos auxilio Dei esse inuictos. Auxilio igitur Dei, vt habes ibi c. 12. cum valida fieret pugna, prosperè successit 3. Reg. c. 8. Sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis vijs eius, & custodiamus mandata eius. Deus ergo inclinat, tu autem ex te declinas à bono. Primi Macab. 3. non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est.

Probat efficaciam auxiliorum per concilia.

ARAVSICANVM Concilium secundum Cano. 3. ita habet. Si quis inuocationem humanam gratiæ Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere, vt inuocetur à nobis, contradicit Isaiæ, & Apostolo dicentibus: inuentus sum à non quærentibus me: palàm apparui his, qui non me interrogabant; hæc concilium. Non ergo dicamus, quod si quis asserat auxilium præuium non solum excitare, aut inuitare, sed etiam facere, vt faciamus, consentiamus, & inuocemus impedit libertatem. Rogo: qui solum excitatur sufficienti dicitur inuenisse Deum? Minimè: nam etiam Iudæi inuenissent. Rursus, qui sufficiens accipit, quærit? Quis ergo quærit? Si tu non quæris Deum: ergo Deus te quæ-

Arausicani concilij varię auctoritates.

te quærit. Hæc autem quæstio non soluitur solo excitanti sufficienti, nam ita quæsitus non inuenit Deum: ergo inuenit, qui efficaciter quæsitus est. Nam si Deo æqualiter quærente, duos, vnus inueniat, & forte minori quęsitus auxilio, & non alter, iam inuentio non in Dei inquisitionem, sed in vsum arbitrij resolueretur: & ita non tam inuentus, quam procuratus inquisitusque diceretur Deus.

Idem Concilium Canone 4. in hunc modum decernit. Si quis, vt à peccato purgemur voluntatem nostrã Deum expectare contendit, non autem, vt etiam purgari velimus per Spiritus Sancti infusionem, & operationem in nos fieri confitetur, resistit ipsi Spiritui Sancto, per Salomonem dicenti: Præparatur uoluntas à Domino: & etiam Apostolo salubriter prædicanti: Deus est, qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. Caue ergo ne ex op posito doceas, infusionem Spiritus Sancti incitare, inuitare, non autem facere, vt velimus.

Eadem sancta Synodus Canone 5. ita loquitur. Si quis, sicut augmentum, ita etiam initiũ fidei, ipsum credulitatis affectum, quo in eum credimus, qui iustificat impiũ, & ad regenerationem batismatis peruenimus, non per gratiæ donũ, ideſt per inspirationẽ Spiritus Sancti corrigentẽ voluntatem ab infidelitate ad fidẽ, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse dicit, Apostolicis dogmatibus aduersarius approbatur. Videte quomodo supponit Cõciliũ consummationẽ, & consensum per credulitatis affectũ ex dono gratiæ esse, quo supposito, hoc ipsum probat de initio, quo excitamur.

Canone etiam 6. Si quis obedientiæ aut humilitati humanæ subiungit gratię donũ, nec vt obediens, & humilimus sit ipsius gratiæ donũ esse cõsentit, resistit Apostolo dicẽti: quid habes, quod non accepisti? Et iterum: gratiæ Dei sum id quod sum: ergo nõ est subijciẽda efficacia præuiso cõsẽsui: sed

ſui,ſed è conuerſo.Alioqui prędeſtinaret Deus,nõ tã accõmodãdo ſibi arbitriũ,quã ſequędo,& acõmodando ſe arbitrio,ac proindeDeus potiùs quã arbitriũ diceretur obediẽs & ſequens.Si dicas,quòd virtus cõuertẽdi ſufficiens pręſciſè pediſſequã habet voluntatẽ noſtrã:at vt efficax & attẽdẽdo præſciſè modũ illũ ſeu inadæquatã rationẽ,per quã dicitur efficax,è cõuerſo res ſe habeat, pediſſequã facis gratiã ſub hac ratione. Quaſi quòd vnus ex vocatis facilius & prõptiùs obediat,quã alter,non eſſet donũ Dei.Et certè in hoc conſiſtit natura doni ex D.T.1.2.q.68.art. Quod faciliter expediat voluntatẽ,ſeu facultatẽ,vt prõptè obtempere mus Deo vocãti.Iã verò,ſi ſuppoſita ex parte Dei æqualitate donorũ,vnus pro bono vſu arbitrij ſe exhiberet obedentiorẽ & promptiorẽ quã alter,proculdubio iã talis maior facilitas ad obediendũ ſpirationi diuinæ non eſſet donũ Dei. Mox qui dicit,auxiliũ ex eo congruũ eſſe,habereq; effectũ de facto,quia applicatur,quãdo præſcitur bonus vſus arbitrij,nõ planè ſecutus ex modo motionis Dei,ſed pro innata libertate,humilitati humanæ(ſi tamẽ humilitas eſt)ſubiũgere videtur gratiæ donũ.Itaq; quãuis nõin executione.at in præſcientia & æterna ordinatione obediẽtiæ humanæ pręuiſæ gratia ſubiungitur,quòd cum decreto Concilij conciliare non mediocrem habet difficultatem.

D.T.ſi ſtãte æquali auxilio facilius obedit vnus quam alter facilitas illa donũ non eſſet Dei ſupernaturale.

In eodem Concilio can.7.refertur illud 2.Corinth.3.Nũquid idonei ſumus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis? ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.Si dicas,fateor, ſufficientiã eſſe à Deo,nõ tamen efficaciã ex integro.Contra ita inſiſto,& vrgeo. Nam ibi ſufficientia pro efficacia vſurpatur. His adde, quod neque aduerſarij admittunt, motionem Dei, vtſic, dici ſufficientem, cum nos reijciant,dum ſufficiens auxilium ab efficaci diſtinguimus: aiunt enim, ſi non ſufficit, ſed requiritur efficax, quomodo ſufficiens dicitur? Conſiderandum igitur eſt quod ſufficientia ad ſimpli-

2. Coriu.3.

Digitized by Google

ſimpliciter agendum, non autem ad ſuperanda omnia impedimenta, & applicandam potentiam de facto, efficaciam non habet. Cano. 9. Quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiſcum, vt operemur, operatur. Non ergo nobis cum tantum, ſed in nobis.

Canone 10. Ita diffinitur: Adiutorium à renatis & ſanctis ſemper implorandum eſt, vt ad finem bonum peruenire, vel in bono opere poſſint perdurare. Iam, ſi ex duobus nō perdurante illo, qui maius ſuſcepit, poteſt perdurare, qui ſuſcepit minus, ſemetipſum potiùs quā Deum deberet homo implorare. Eodem conci. ita cano. 20. multa in homine bona fiunt, quæ non facit homo, nulla vero facit homo quę non præſtet Deus, vt faciat homo.

Decernit etiam præfata ſy nodus, quòd Deus non ſolùm tribuat auxilia, quibus poſsimus credere, ſperare, & diligere, ſed etiam vt credamus, ſperemus & diligamus: ſed auxilium, quo poſſumus, eſt ſufficiens, quo autem de facto facimus eſt efficax: ergo vtrumque habemus à Deo.

Tridentinū. Sacrum Concilium Trident. Can. 13. ſeſ 6. in hunc modū habet: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Quod perſeuerantiæ donum haberi non poteſt, niſi ab eo, qui potens eſt eum, qui ſtat, ſtatuere vt perſeueranter ſtet, & eum, qui cadit, reſtituere. Et rurſus, ſicut cœpit opus bonum, ita perficit velle, & perficere. Notate obſecro duo, nimirùm quòd haberi non poſsit niſi à Deo, & rurſus, quòd Deus potens eſt ſtatuere vt perſeueranter ſtemus. Certè ſi ſtante æquali auxilio, quantum eſt ex parte Dei, poteſt vnus pro vſu arbitrij ſibi aſſumere perſeuerantiam, altero non perſeuerante, immò ſi vſus arbitrii noſtri poteſt perſeuerātiam adhibere minori auxilio, fieri videtur, quòd Deus nō ſit potens efficaciter ſtatuere ex vi ſuæ motionis, vt perſeueranter ſtemus, ſed quòd debet prius vſum arbitrij noſtri conſulere. Stanislaus Hoſius Cardinalis Vuarmienſis in confeſ.

Digitized by Google

confes. Catho. fidei facta in Synodo Petricouiensi cap. 67. ita habet. Verum non minus certum est, & hoc nos facere cum facimus, quamuis Deus faciat, vt faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati, qui dixit Eze. 36. Faciam vt in iustificationibus meis ambuletis. Quē locū adducens Aug. cum dicit (inquit) faciam vt faciatis quid aliud dicit, nisi auferā à vobis cor lapideū, vnde non faciebatis, & dabo cor carneū, ideſt obediens, vnde faciatis? Quamquā vt velimus, sine nobis operatur (ait Aug.) ab ipso enim præparatur voluntas: cū autem volumus, & sic volumus, vt faciamus, nobiscum operatur. Sine ipso tamē, vel operante, vt uelimus: vel cooperante, cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. Hæc Hosius.

Testimoniis Patrum efficacia auxiliorum probatur.

TErtullianus lib. de anima. c. 21. sic habet. Non dabit enim arbor mala bonos fructus, nisi inseratur, & bona malos dabit, si non colatur, & lapides filij Abrahę fiēt, si in fide Abrahæ formentur: & genimina viperarū fructum pœnitentiæ facient, si venena malignitatis expuerint. Hæc erit vis diuinæ gratiæ potentior vtique natura habens in nobis subiacentem liberi arbitrij potestatem. Iam si mouere ad cōsensum efficaciter non potest, si libertatem nostrā debet consulere, consensumque nō tam facere quàm præscire faciendum, quomodo suæ potestati habet subiacentem, vel subiectam nostram libertatem?

Ambrosius lib. 1. de uocatione gētium multis rationibus ostendit dari auxilia efficacia, & hæc non omnibus dari. Sanctus hic Doctor. Super illa verba Ioan. 6. Nemo potest venire ad me nisi Pater traxerit, ita habet, Deus venturum, & intelligentem, & volentem facit. Et rursus, Deus in- *Ambrosi.*

choat, Deus auget, Deus perficit, cuius ędificatio, cuius agricultura, cuius figmentum sumus: nec ex eo præpeditur libertas, ait Ambrosius: quæ enim intersecta non fuerat per vulnerantem, non tollitur per medentem. Vulnus sanatur, non natura remouetur. Hoc idem attigit Celestinus Primus ad Episcopos Galliæ in hunc modum: Deus agit in nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus: quo vtique auxilio, & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur; vt fiat de tenebroso lucidum, de prauo rectum; de languido, sanum; de imprudente, prouidum. Idem Ambrosius cap. 9. ita scribit: Quantumlibet enim impiorum malignitas accusetur resistens gratiæ Dei; nunquid probabuntur, eam; quibus est collata, meruisse? Aut illa virtus gratiæ, quæ sibi, quos voluit, subdidit, conuertere eos, qui inconuertibiles permansere, non potuit? Tales fuerunt, qui sunt attracti, quales hi, qui in sua duritia sunt relicti. Sed illis gratia stupenda dedit, quod voluit: istis retribuit ueritas iusta quod debuit: vt iuditium Dei magis inscrutabile fit in electione, quam in retributione iustitiæ. Non proficit amplius, ait, Ambrosius, quam sit donatum à Deo auxiliante: licet insit homini bonum nolle: tamen nisi donatum, non habet bonum velle. In omnibus his phœbea luce clarior apparet nostra doctrina: ac proinde non oportet nostras tardas subiungere consequentias. Nec reffert, an isti libri sint Ambrosij, an potius Prosperi, cum tanta vtriusque sancti sit authoritas: libenter sanè has imposturas perferremus, si aurum pro auro supponerent. Idem scribens B. Agnetis martyrium, ait, quod ad testimonium & prædicationem filij præfecti resuscitati oratione Agnetis mentes gentium mutilabãtur, & animi alienabantur. Et ita clamabant idolorum Pontifices, tollẽ magam, quæ & mentes mutat, & animos alienat. Quam ergo gentes efficaciam magiæ (esto falsõ, nam Dei virtus erat) tribuunt ad animos immutan-

Celestinus Papa.

Ambros⁹.

mutandos, cur auxilijs diuiuis denegabimus? Iam adest Diuus Augustinus locis propemodum infinitis: Selige potiora testimonia. Primum habes libro duodecimo de Ciuitate capite 9. vbi in hunc modum loquitur de Dæmone, & suis Angelis Apostatis. Isti, cum boni creati essent, tamen mali facti sunt propria mala voluntate, quam malitiam bona natura non fecit, nisi cum sponte à bono defecit; vt mali causa non sit bonum, sed defectus à bono. Iam, Augustine, sicut isti ex malo vsu arbitrij defecerunt, profecere boni ex bono vsu arbitrij, stante alioqui, æquali auxilio in illis ex parte Dei: vel minori etiam in his, qui steterunt? Minime gentium, respondet Augustinus: sed boni steterunt, quia amplius fuerunt adiuti, & ampliori-bus deuoti auxilijs. Confitendum est igitur, ait Augusti-nus, cum debita laude Creatoris, non ad solos sanctos homines pertinere, verum etiam de sanctis Angelis posse dici, quod charitas Dei diffusa sit in eis per Spiritum San-ctum, qui datus est eis. Nec tantum hominum, sed primi-tus præcipueque Angelorum bonum esse, quod scriptum est. Mihi autem adhærere Deo bonum est, & ponere in eo spem meam.

Augusti. in multis locis.

Angeli boni steterũt; quia magis fuerunt à Deo adiuti.

Idem de Prædestinatione Sanctorum cap. 10. & 11. enar-rans illud Geneseos 17. Patrem multarum Gentium posui te: & illud ad Roma. Ideo ex fide, vt secùndum gratiam firma sit promissio omni semini, ait. Hæc non de nostræ vo-luntatis potestate, sed de sua prælectione promisit, & prę-destinatione.

Idem in Henchi. cap. 98. & 96. Super illud Psal. 113. Om-nia quęcunque voluit fecit; ita habet. Hoc vtiq; non est ve-rum, si aliquando voluit, & non facit: & quod indignius est, ideo non fecit, quia voluntas hominis impediuit, suam ab-solutam, & perfectam voluntatẽ. Et addit Augustinus, hoc nisi credamus, periclitatur ipsũ nostrę fidei cõfessionis ini-

tium, quo nos in Patrem Deum omnipotentem credere confitemur. Nec est aduersarius Augustinus Concilio Tridentino asserenti posse hominem dissentire, si velit: nam sacrum Concilium hoc dicit considerans libertatem: Augustinus illud, obseruans auxiliorum Dei efficaciam, & infallibilitatem. Ibidem cap. 102. ita habet: Omnes homines vult saluos fieri, non quòd nullus sit hominum, nisi quem saluum fieri velit, sed quod nullus fiat saluus, nisi quem velit, & ideo rogandus est, vt velit; quia necesse est fieri, si voluerit. En tibi necessitatem cum libertate conciliatam, vtpote non coactionis, sed infallibilitatis. Cap. 95. ita habet idem Augustinus: Deus autem noster in cœlo, & in terra omnia quęcũq; voluit fecit. Hoc vtiq; nõ est verũ, si aliqua voluit, & nõ fecit, & quod est indignius, ideo nõ fecit, quoniã ne fieret quod volebat omnipotẽs, volũtas hominis impediuit. Ibid. c. 99. Sola gratia redẽptos discernit à perditis.

Auguſt.

Concludo ergo cum Augustino ibi cap. 94. ita dicente. Tunc in clarissima luce sapientiæ videbitur quod nunc piorum fides habet antequam manifesta cognitione videatur, quam certa, & immutabilis, & efficacissima sit volũtas Dei. Credamus igitur cum Augustino aliorumq; piorum fide hãc auxiliorũ Dei efficaciã, vt, eã in patria videre mereamur.

Auguſt.

Idem Augustinus, vt refert Hosius in confes. Fidei Catho. facta in Synodo Petricouiensi cap. 67. scribens ad Bonifacium ita habet. Nos quidẽ ambulamus, verũ est, nos obseruamus, nos facimus, sed ille, nẽpe Deus, facit vt ambulemus, obseruemus, vt faciamus. Hęc est gratia Dei bonos faciens nos. Hæc misericordia eius præueniens nos. De dono per. c. 13. Nos ergo volumus: Sed Deus operatur in nobis, & velle. Nos ergo operamur: sed Deus operatur in nobis, & operari pro bona volũtate. Hoc nobis expedit credere, & dicere: hoc est piũ, hoc verũ, vt sit humilis & submissa confessio, & totũ Deo detur. Libro etiam de lib. arb. capite 21.

Hoſius Cardinalis.

vt re-

vt refert Gloſſa.ordinaria ſuper illud Rom.1. Tradidit illos Deus &c. Ait Auguſt. manifeſtũ eſt Deum operari in mentibus hominum ad conuertendas volũtates eorum inquodcunque voluerit. Idem de dono perſeuerantiæ cap. 14. Ita habet. Cur illi habeant aures audiendi, alij non habeant: ideſt, cur illis datum ſit a patre, vt veniant ad filium: alijs vero non ſit datum, quis cognouit ſenſum domini: aut quis cõ ſiliarius eius fuit? Nunquid ideo negandum, quod apertum *Auguſt.* eſt, quia compræhẽdi non poteſt, quod occultum eſt? Nunquid propterea dicturi ſumus nõ ita eſſe, quod ita eſſe perſpicimus, quoniam cur ita ſit non poſſumus inuenire? Hæc Auguſtinus. Et certè, ſi fiat ſermo de illa auditione, quę nõ eſt libera: quando videlicet tangimur per auxilium initio, omnes, qui tanguntur, ſentiũt, licet non omnes conſentiãt. Loquitur ergo de audire: ideſt de obedire, & conſentire: in quo ſenſu dixerat Pater Apoſtolis: ipſum audite. Loquitur, in quam, de auribus, quibus libere obedimus, & conſentimus: & has cur Deus tribuat vni, & non alteri, mirabile eſt. Non eſſet plane adeo difficile ſenſum domini cognoſcere, quatenus vni dat, & non alteri, ſi de auribus non efficacibus ad obediendum fieret ſermo. Has enim omnibus dat: & vt dicunt aduerſarij interea meliores, & acutiores his, qui non reſurgunt, nec audiunt: & mirum eſt, minus audire, qui præſtantiorem, & acutiorem à Deo habent auditum: magis autem, qui ſurdior eſt. Igitur ſermo eſt de aure efficaci, à qua *Auguſti.* pendent murenulæ aureæ argento vermiculatæ, de poteſtate efficaci ad conſentiendum illud intelligitur, de qua dicitur Ioan. cap. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, Idem Auguſtinus tomo. 10. ſuper illud D. Pauli ad Ro. 8. Si ſpiritu actiones carnis mortificaueritis: viuetis ſic ait. Ne hic ſe extolleret humanus ſpiritus, & ad hoc opus ſe idoneum, ſit mumq; iactaret: ſubiecit. Quot quot enim ſpiritu Dei agũtur hi filij Dei ſunt, non qui ſecundum carnem viuunt ſuã;

non qui ſecundum ſpiritum ſuum viuunt, ſed quotquot ſpiritu Dei aguntur. Dicet aliquis: ergo ſi agimur nō agimus. Reſpondeo, immo & agis, & ageris: & tunc bene agis, ſi à bono agaris. Obſerua obſecro terminū illum, aguntur: non enim obſcurè auxilij præuenientis efficaciā detegit.

Baſilius.

Baſilius ſuper illud Pſalm. 59. Da nobis auxilium de tribulatione, in hunc modum habet. Ne à qualicunq; robore noſtro, aut fortitudine quæramus auxiliū: non à corporis valetudine proſpera: à nulla, inquā, re, quæ quantūuis apud homines præſtans ſit, & eximia, dignū eſt, vt ab ea depoſcas tibi impartiri, veluti redēptionē: non in exuperantia pecuniarū collocanda tibi ſpes eſt, non in mole robuſti corporis, aut ſublimitate gloriæ ſita eſt victoriæ obtinendæ ſpes, ſed per immodicā tribulationē, dominus ipſum exquirentibus gratuitū largitur auxiliū. Itaq; fratres, ne ad euanidas hominū ſpes confugiamus, neq; inde auxiliū nobis venemur, ſed in lachrymis, ſuſpirijs, & ſedula oratione, ac vigilijs acribus, & intentis vota, præceſq; fundamus. Is enim auxiliū de tribulatione ſuſcipit, qui deſpecto humano auxilio, eius tantum, qui nos ſaluos reddere poteſt, ſpe firma munitur in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria, & imperium in æterna ſecula. Amen. Hæc Baſilius.

Pſal. 59.

Idē lib. de Spiritu S. explicans illud ad Ro. 5. per quē acceſſum habemus, ita habet. Cū ait Apoſtolus in omnibus ſuperamus per eū, qui dilexit nos, ne quaquā hac voce humile quoddā miniſteriū indicat, ſed auxiliū potius, quod per imperiū ſuæ potentiæ operatur in nobis. Siquidē ipſum alligauit fortē, diripuitq; vaſa illius, videlicet nos, quibus ad omnia mala opera fuerat abuſus: fecitq; vaſa vtilia Domino. Ibi dē ſuper illud Ioan. 6. Nemo venit ad Patrē niſi per me, hæc ſcribit. Talis eſt noſter ad Deū reditus per filiū: omnia autē facit cōtactu virtutis, acvolūtate bonitatis operās, paſcit illuminat, alit, deducit, medetur, erigit: quæ non ſunt, ea facit, vt ſint. Hoc modo bona ex Deo per filiū ad nos perueniunt

Baſilius.

Matth. 12.

ueniunt maiore celeritate in singulis operãtẽ, quã vllus sermo proferri valeat. Neq; enim fulgura, neq; lucis per aerem tã velox discursus est: nõ oculorũ celeres ictus, nõ ipsius nostri intellectus motus, sed horũ quodq; magis vincitur diuinę operationis celeritate, quã animãtia, quæ sunt apud nos, maximè segnia, non dicã volatiliũ, neq; ventorũ, neq; cælestiũ orbiũ impetu, sed ipsius mẽtis nostræ motu superantur. Nam quo tandẽ tẽporis spatio egeat, qui gubernat omnia verbo virtutis suę, quicq; nec corporaliter operatur, neq; manuũ opera ad fabricandũ opus habet, sed eorũ, quæ fiunt natura habet inuiolabili potentiæ obsequentẽ. Hæc Basilius. Idẽ Homilia super illud Psal. 32. Nõ saluatur Rex per multã virtutẽ, asserit. Non seruatur Rex per multã virtutẽ, sed per diuinã gratiã: vt & hic verus sit ille Apostolicus sermo, gratia estis saluati. Si ergo cor Regis in manu Domini est, non per armatam militarem potentiam, sed Deo suppeditante præsidium, & velut manum protendente seruatur.

Auxilij Dei celeritas depingitur à Basil.

Basilius super Psa. 32

Gregorius Magnus lib. 18. super c. 28. Iob in hũc modũ habet. Gratia Dei sum id quod sum: ex cuius nimirũ aspiratione gratiæ, quia virtutũ opera protinus in corde generãtur, vt libero quoq; arbitrio sequatur actio, cui post hãc vitã retributio ęterna respõdeat, illico adiecit: Et gratia Dei in me vacua nõ fuit. Sed sunt nõnulli, qui saluos se suis viribus exultant, quorũ profecto assertio inuenitur sibi ipsis cõtraria.

Orig. super cap. 28. Iob.

Bernardus ser. 22. in cantica explicans illud, traheme post te, curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ, in hunc modũ habet. Traheme post te, quia satius est mihi, vt me trahas: vt scilicet vim qualemcunque mihi aut terrendo minis, aut exercendo flagellis inferas, quã parcẽs in meo torpore male securã derelinquas. Trahe quodã modo inuitã, vt facias voluntariam: trahe torpentem, vt reddas currẽtem. Et rursus idem ibidem. Curremus, sed in odore vnguentorum tuorum. Non in nostrorum fiducia meritorum, nec in magnitu-

Bernardus. Cantico.

magnitudine virium noſtrarum currere nos confidimus, ſed in multitudine miſerationum tuarum. Nam etſi, quando currimus, voluntatem faciamus, non fuit volentis, neq; currentis, ſed miſerentis Dei.

Cyrillus. Cyrillus libro. 1. de lapſu & conuerſione hominis ita ſcribit. Id porro eſſe argumento euidentiſsimo poteſt nos nō verbis tantum, & admonitionibus in animum immiſsis immutari, vt à peccatis recedamus, ſed etiam adeam erga nos benignitatem deſcendere omnium ſaluatorem Deum, vt efficaci nos auxilio iuuet: iuxta illud: Tenuiſti manū dexte-

D. Leo Pa. ram meam, & in voluntate tua eduxiſtime. D. Leo Papa ſermo. 7. de Epipha. Domini ita habet. Dicente enim ſuis diſcipulis, ſine me nil poteſtis facere, dubium non eſt hominē bona agentem, à Deo habere, & effectum operis, & initium voluntatis. Deus eſt enim, qui operatur & velle & operari bona pro bona voluntate.

Sanctiſsimus præceptor, & Theologiæ Pater Thomas. 1. 2. q. 109. art. 10. ad 3. docet ex Auguſtino lib. de natura & gratia hominem in primo ſtatu accepiſſe donum, per quod perſeuerare poſſet, non autem accepiſſe vt perſeueraret. Nunc autem per fidem Chriſti multi accipiunt donum gratiæ, quo perſeuerare poſſunt, & vlterius eis datur donum, quo de facto perſeuerent: ergo habemus ex Auguſtino &

Auguſt. Thoma dari donum, quo poſsimus: non tamen de facto per

D. Tgomas. ſeueremus, quod dicitur auxilium ſufficiens: & rurſus donum, quo poſsimus, & de facto perſeueremus, quod eſt auxilium efficax perſeuerantiæ. Item. 2. 2. q. 23. art. 2. ita habet.

D. Thomas. Efficacia autem formæ eſt ſecundum virtutem agentis, qui inducit formam: ſed Deus in iuſtificatione inducit formā:

D. Thomas. ergo ſecundum virtutem diuinam, & ex modo motionis diuinæ eſt conſideranda efficacia auxiliorum. Ibidem. q. 24.

Math. 25. art. 3. ad 1. cum obiecisſet contra doctrinam articuli illud Math. 25 quod dedit vnicuique ſecūdum propriam menſuram,

ram, respondet ad 1. dicens intelligi de dispositione, quam quis habet à Spiritu sancto mouente, non quomodocunq; quatenus stante æquali motione posit quis pro vsu arbitrij magis disponere se, sed ad mensuram Spiritus sancti mouentis mentem hominis plus vel minus secundum suã voluntatem.

Vide etiam 3. p. quæst. 86. art. 1. vbi efficaciam gratiæ ad immutandum cor per pœnitentiam mirifice explicat. Item 12. quæst. 6. art. 1. ad 3. Explicans efficaciam physicam ita habet. Deus mouet hominem ad agendum, non solum sicut proponens, vel sicut immutans corpus: sed etiam sicut mouens ipsam voluntatem. De iustifi. impij art. 4. ad 2. ita. Tractus diuini auxilij non importat violentiam, sed operationem Dei vertentẽ arbitrium quocunque vult. 22. quæst. art. 11. in corpo. ita habet D. Thom. Spiritus sanctus infallibiliter operatur quodcunque voluerit, vnde impossibile est quod Spiritus sanctus velit aliquem mouere ad actum charitatis, & quod homo resistat, vel peccet. Iam rogo, in quo sensu impossibile, in sensu composito, an diuiso? Respondebis composito. Igitur bona est hęc distinctio, qua omnia vestra argumenta expedimus. Dices, quod hæc necessitas seu impossibilitas infallibilitatis includit præscientiam nostri consensus, & ita à nobis pendet: sed tamen contrarium habes D. Thomam ibi, qui initio articuli ait charitatem non ex parte nostra, sed ex virtute Spiritus sancti habere annexam perseuerantiam, impeccabilitatem vel infallibilitatem ad non peccandum. Et ibidem ad 1. cum obiecisset illud 1. Ioan. 3. Et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est, respondet hoc intelligi de potestate, quam habet homo per virtutem Spiritus sancti, quæ est donum perseuerantiæ, cuius conseruatione, à peccato immunes redduntur homines, quos ipse mouet quantum ipse voluerit. Et certe, si ex modo motionis sui auxilij non haberet & efficaciam,

D. Thomas.

D. Thomas.

1. Ioan. 3.

D. Thomas.

non moueret, quantum ipse voluerit : sed moueret nos quantum nos volumus moueri, & non quantum ipse vult. Item quæst. 5. de prouiden. art. 5. ad 5. persæpe non potentiores sed imbecilliores vincunt : victor enim dicitur quis magis ex diuina prouidentia, quam ex humana virtute.

Non ex humana sed ex diuina virtute fit homo potẽtior

Porro: eadem p. quæst. 137. art. 4. sub finem corporis docet dari gratiam sufficientem, non tamen efficacem ad perseuerandum, à qua habemus, vt possimus perseuerare, non tamen vt perseueremus: & gratiam efficacẽ, à qua vtrumq; habemus. Plerunque enim cadit sub nostra potestate electio: sed non executio. Datur itaque auxilium à quo sim pliciter per modum actus primi, seu habitus possumus consentire vocanti Deo : & datur auxilium, à quo habemus posse efficaciter consentire, & de facto, quod & si detur per modum actus primi, cum præueniat consensum, tamen nõ est actus primus ita remotus ab actione, sicut sufficiens, sed est vltimum complementum, ita potestatem expediens & vrgens, vt infallibiliter sequatur consensus. Esto itaque electio resurgendi cadat sub potestate sufficientis : at executio non, nisi sub potestate efficacis. Ibidem ex August. in lib. de corr. & gra. ait, Prothopatentem habuisse gratiam sufficientem vt posset perseuerare, non tamen efficacem, vt perseueraret. Arbitror itaque quod auxilium dans sufficiens posse ad consensum, non absolute tantum & per modum habitus, cuius potestas ob arbitrij mobilitatem & alia impediri potest, sed etiam ad de facto consentiendum, in executione, immobiliterque seu inflexibiliter inhærendum bono, ita vt non resistas hic & nunc, idem sit quod auxilium efficax. Nam auxilium sufficiens efficaci condiuisum, non est ad hoc sufficiens : hæc vtique sufficientia efficacia est. Vide Caietanmu ibidem, & aduerte quod non loquamur de immobilitate proueniente

D. Thomas.

Ex D. Tho. gratia efficax & gratia sufficiẽs

August.

Efficacia quidam modus sufficiẽtis est.

te ex neceſsitate omnimoda, vt in patria: ſed de immobilitate ex neceſsitate infallibilitatis. Quæ non impedit ſemper, quo minus ita immobiliter hærens bono per donum peſeuerantiæ dicatur poſſe peccare, & tamen nunquam peccabit. Nota etiam illud Auguſtini: nempe hominem poſt peccatum ampliorem gratiam recepiſſe, vtpote qua, & poſsit, & perſeueret: vt cognoſcas non modo non poſſe minus gratiæ auxilium dari reſurgenti, & non reſurgenti, ſed neque æquale, quinimo ſemper maius datur reſurgenti. *Homo poſt peccatum maius auxilium accepit. Auguſtinus*

Idem Diuus Thomas 1. 2. quæſt. 111. art. 2. ad. 2. Ita aſſerit. Deus non iuſtificat nos ſine nobis, qui per liberum arbitrium conſentimus: ille tamen motus arbitrij non eſt cauſa gratiæ, ſed effectus. Vnde tota operatio pertinet ad gratiam. Mox quæſtione centeſima duodecunda articulo ſecundo ad ſecundum. Diuidit auxilium in auxilium perfectum, ad quod ſequitur efficaciter conuerſio, & in imperfectum, cui non coniungitur actualis conuerſio. Et obſerua auxilium non dici imperfectum: quatenus virtus Dei imperfecta ſit: ſed quia te impediente non ſortitur effectum: ac proinde imperfectio ex parte tui ſe tenet: non autem ex parte auxilij. Rurſus Lectione ſeptima ſuper Epiſtolam ad Romanos prædeterminatorum vocationem efficacem appellat. Item prima parte quæſtione vigeſima tertia articulo primo ad primum. Cum ſibi obieciſſet Damaſcenum in libro ſecundo aſſerentem, quòd Deus omnia præcognoſcat, ſed non omnia prædeterminet: nam opera meritoria in nobis ſunt quatenus ſumus noſtrorum actuum domini, reſpondet D. Thomas Damaſcenum loqui de prædeterminatione, quæ imponit neceſsitatem: at non de predeterminatione, quæ fit per media prædeſtinationis efficacia. Idem ſanct. Thom. 1. par. quæſt. 4. ad 2. habet. Sicut multi *D. Thomas. ex D. Tho. duplex auxilium. D. Thomas. D. Thomas.*

formitas corporalium motuum reducitur ſicut in cauſam in vniformitatem orbium cœleſtium: ita multiformitas actuum, qui ſunt ab intellectu & voluntate, reducitur in principium vniforme, quod eſt intellectus & voluntas diuina. Ibi quæſt. 116. art. 1. c. ex eo affirmat noſtros conſenſus fato voluntatis diuinæ eſſe ſubiectos, quia ſolus Deus poteſt noſtram voluntatem immutare. Ibidem quæſt. 105. art. 4. ad 3. docet quod moueri noſtram voluntatem à Deo non impedit libertatem, nec meritum.

Præterea. 1.2. quæſt. 9. art. 6. Ita habet loquens de motione phyſica, qua Deus intime mouet noſtram voluntatem. Deus mouet interdum ſpecialiter aliquos ad aliquid determinate volendum, ſicut in his, quos mouet per gratiam. Et quæſt. 10. art. 4. ad 3. Ita. Si Deus mouet voluntatem ad aliquid, impoſsibile eſt poni, quòd voluntas non moueatur ad illud: non tamen eſt impoſsibile ſimpliciter: ac proinde voluntas non neceſsitatur: & certè ibi ſermo eſt de motione phyſica præuia: nam certum eſt abſque controuerſia, quod concomitans non impediat libertatem.

Tertio contra Gentes cap. 147. Ita habet. Non poteſt homo per operationem ſuam peruenire in vltimum finem ſuum, qui tranſcendit facultatem naturalium potentiarum, niſi eius operatio ex diuina virtute efficaciam capiat. Ibidem idem repetit concludens dari auxilia efficacia. Iam cap. 148. cum efficacia auxilij conciliat libertatem. Mox: 1.2. quæſt. 112. art. 3. in c. ſic habet: aliter tangit Deus, vt infalli-
D. Thomas. biliter conſentiat. Ibidem quæſt. 10. art. 4. ad 3. Ne fateatur auxilium Dei eſſe ineffícax affirmat, impoſsibile eſſe (ſub audi impoſsibilitate infallibilitatis) quod noſtra voluntas non velit illud, ad quod Deus ea mouet. Ite q. 18. de iuſti. impij ar. 4. ad 2. ait quod tractus, quo trahimur auxilio diuino nõ importat violentiã, ſed operationẽ diuinã, qua operatur in libe-

rum

rum arbitriũ vertendo id, quocunq; voluerit. P.p.q.111.art. solus Deus potest, efficaciter mouere voluntatem. Rursus 1.p. q. 106. art. 2. Loquutus de immutatione, qua mouetur voluntas nostra à Deo, ait: solius Dei esse, ita immutare voluntatem ex parte potentiæ, quod physicum est, non morale: nam moralis motio obiectiua est, non autem ex parte potentiæ; ac proinde solam moralem efficaciam admittere in auxilio, & non etiam Physicam, D. Thomæ aduersatur. Ob vnionem vtique facultatum in corde, efficax tactus cordis ad se alias facultates vocat, sibique conciliat, & ad se trahit, quæ tractio fructus est illius tactus. Dicit Hispanus. Alla va la lengua do duele la muela. Tandem 3. p.q.1.art.2.ad 2. Ita habet: quia omne imperfectum præsupponit aliquid perfectum, à quo sustentetur; inde est quod omnis puri hominis satisfactio efficaciam habet à satisfactione Christi, ergò non dat efficaciam noster consensus ei auxilio, à quo eam accipit. Quodlibeto etiã. 11. art. 1. sub finem cor. ita habet: virtus Dei habet efficaciam, etiã in id quod est proprium vnicuique rei particulari, alioqui non esset propriè vbique.

D. Laurentius Iustinianus sermo. in conuer. Pauli his verbis mirificè efficaciam diuinorum auxiliorum depingit. Et Paulus: Domine quid me vis facere? Introrsus est namque diuino eruditus eloquio, quis esset, quem persequi auderet, propterea vltra repugnare non valuit: Expertus est in se, quam itidem Dei verbum sit potens. Non per milites, non armis, non verberibus strauit hunc incredulorum ducem, quatenus sciret, quod Dei sermo est viuus, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus. Nempe si totus mũdus insurrexisset, Pauli minime valuisset animositatem flectere, euertere sensum, intelligentiamque conuincere. Verum, vt cor illius tetigit verbum, emolliuit mentem, eiusq; *D. Lau. Iust* *Conuersio. Pauli.* *Hebreç.* 4.

sedauit furorem, placauit credulitatem, mutauit propositum, naturam reformauit, docuit rationem, lumine circumuenit, atque sapientiæ totum nectare saginauit. Hæc Laurentius. Nisi ergo à furenti equo, ideſt a nimia confidentia arbitrij tui cadas, vas electionis non efficiere. Mira res cadē tem ab equo, non terra, sed tertium cœlum excepit animum: non cadere, sed ascendere est.

D. Fulgen.

D. Fulgentius, apher Episcopus Ruspensis lib. de duplici prædesti. Dei multa dicit eleganter de diuinæ gratię efficacia & virtute, & inter multa hæc. Internus igitur magister, à quo subsidium doctrinæ cœlestis accipimus, non solum inquirentibus nobis suorum aperit arcana sermonum: sed vt etiam quæramus, ipse gratis inspirat affectum. Ipse igitur laudandus est in vtriusq; muneris gratia, siue cum nos ad se quærendum dormientes excitat: seu cum se inueniendum nobis quærentibus donat, qui profecto nullatenus inuenitur, nisi ipse nos excitet, vt quęratur. Hæc Fulgentius initio lib. prefati. Obseruate terminos illos internus magister, interna enim tangit, & inclinat. Rursus non tantum vt quęratur, sufficienti excitat: sed etiam donat, vt inueniatur: laudandus enim est in vtriusq; muneris gratia. Non ergo tantum te mouet, sed etiam à non consentiēte, & non inuenien

D. Fulgen.

te discernit. Idem Sanctus ibidem ita. Ac sic, aut istum prorsus indignum misericordia assumat: aut illum ira dignum inueniat. Ipse enim donat gratis indigno gratiam, qua iustificatus impius illuminetur munere bonæ voluntatis, & facultate bonæ operationis: vt præueniente misericordia bonum velle incipiat, & subsequente misericordia bonum, quod vult, facere valeat. Vtrumque autem prædestinando Deus præparauit in illa incommutabili voluntate, in qua sic futurum effectum hominis renouandi disposuit, vt eius voluntas in opere nouo noua esse non posset.

Ibidem

Ibidem sic. Quia quos iustificauit, illos & glorificauit, eadem fit operatio gratiæ, quæ meritum hominis bonum & initiat ad iustitiam, & consummat ad gloriam; primo inchoans in homine voluntatem bonam, deinde, eandem voluntatem adiuuans inchoatam, vt & eadem voluntas, & diuino dono bona fit, & diuino adiutorio malam superare concupiscentiam possit, & Deo perficiente talis post modum voluntas sit, vt malam concupiscentiam habere non possit. Hæc Sanctus. Inchoatum ergo negotium diuine Fulgenti prosequitur, & perficit Deus. Rursus si etiam prœuento diuino dono bona non est, nisi dono tangente, deinde subsequatur auxilium, vt per bonum doni vsum bona fiat, non ex vsu arbitrij supposito tantum illo sufficienti tu te bonum facis: si non tantum à Deo habes adiutorium, sed etiam, vt adiutorio bene vtaris, non hoc habebis ex vsu arbitrij supposito semel illo sufficiente adiutorio. Notate adiutorium, & vsum adiutorij, posse, & ipsius posse vsum bonum: vt inter auxilium sufficiens, & efficax cognoscatis discrimen. *D. Fulgen.*

Eeodem libro Fulgentius in hunc modum habet. Præparatur voluntas à Domino, quod ipse Dominus Ezechielis vaticinio testatur dicens. Dabo vobis cor nouum, & spiritũ nouum dabo in vobis, & auferetur cor lapideũ de carne vestra. Dabo vobis cor carneum & spiritum meũ dabo in vobis, & faciam, vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis, & faciatis. Dat ergo Deus cor nouum, vt in iustificationibus eius ambulemus, quod pertinet ad bonæ voluntatis initium. Dat etiam, vt iudicia eius faciamus, & obseruemus, quod pertinet ad bonæ operationis effectũ. Vnde, cognoscimus Dei esse vt bonũ facere velimus, & vt bonũ facere valeamus. Cui sensui Dauid omnino cõcordat gratiã beneuolẽdi sic ostendens diuinæ largitatis directione donari. A Dño gressus hominis dirigẽtur, & viã eius *S. Fulgẽ.*

Digitized by Google

Pſal.67. eius volet. Opus quoque bonum, non niſi à Deo in nobis, & in Deo à nobis fieri proteſtatur dicens. Confirma hoc
Pſal. 107. Deus, quod operatus es in nobis. Et alio loco. In Deo faciemus virtutem, ideſt opus virtutis. Paulus quoque optat à
Hebræ.13. nobis fieri Dei voluntatem dicens: Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni dominum noſtrum Ieſum, aptet vos in omni bono, vt faciatis voluntatem eius. Hoc autem in Deo facimus, quod Deo in nobis faciente datur nobis, vt faciamus. Hæc Fulgentius, ſeu fulgor diuinæ ſapientiæ, in quibus ita mirifice efficaciam auxiliorum depingit, vt aliquid addere non audeam, imparem enim eſſe ſentio mei ingenij aciem, oppoſito è regione Fulgentio. Epiſtola familiari quinque Epiſcoporum ad Innocentium Papam de Pelagio hæretico, quæ habetur in operibus Clementis Papæ in hũc modum habes. Qui orat, & dicit ne nos inferas in tentationem, non orat remiſsionem peccatorum, quia hoc ſuperius
Math.6. dicitur, dimitte nobis debita noſtra: neque orat vt accipiat mandatum: ſed planè orat, vt faciat mandatum, vt non pec-
2.Cor. 13. cet, vt ne quid mali faciat. Quod pro Corinthijs orat Apoſtolus dicens. Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali. Hæc Præfati Epiſcopi contra Pelagium. Non igitur Deus dat tantum, vt poſsimus, ſed etiam, vt faciamus, alioqui inanis eſſet oratio noſtra: Si ſemel ſuſcepta gratia remiſsionis perſeuerare efficaciter poſſemus, & ſuſcepto auxilio ſufficienti conſentire, ex bono vſu arbitrij, & non potiùs ex vlteriori auxilio Dei: quo nobis detur bonus vſus præaccepti doni. Cauendum ergo ne adeò liberam (ſi hoc libertas, & non potius captiuitas dicendum ſit) naturã
Innocentius Papa cõtra Pelagium. faciamus, vt non quæramus liberatorem. Certè, aſſerere non eſſe in diuino auxilio efficaciam, eſt dicere animæ noſtræ, non eſt ſalus illi in Deo eius. Vt quid (vt elẽganter Pelagio obijcit Innocentius Papa in Epiſto. ad Concilium Car-

Digitized by Google

Carthaginenſe)exoptat Dauid & per corpus omnis Pſalterij prædicat,clamat, & petit tantopere beatus vir, & electus,ſibi dominum, & aſsiduum adiutorem? Nec illi ſufficit aſsiduum,ſed ne Deus aliquando illum deſpiciat,orationibus depræcatur. Certè qui aſſerunt, pręuẽtum à Domino ſufficienti auxilio tantũ, non indigere vlterius aſsiduo auxilio,imo neque vt Deus illum non deſpiciat,ſed ex vſu arbitrij poſſe,etiam minori præuentum ſe diſcernere, neceſſe eſt Dauidem repræhendant,& dicant,quod Dauid ignarus,& ſuæ orationis neſcius,non obſeruans in vſu ſui arbitrij eſſe adiutorem Deum orat,& poſtulat adiutorem,cum potius ad ſeipſum oportuiſſet conuertere orationem.

D.Leo.Papa, quare peccatũ in Spiritũ Sanctũ ſit irremiſsibile.

D.Leo Papa ſer.1.de Pentecoſte explicans quare peccatum in Spiritum Sanctum ſit irremiſsibile,in hunc modum habet.Permanens itaque in hac impietate, ſine venia eſt, quia excluſsit eum à ſe, per quem poterat confiteri. Nec vnquam peruenit ad indulgentiæ remedium, qui patrocinaturum ſibi non habet aduocatum.Ab ipſo enim eſt inuocatio Patris, ab ipſo ſunt lachrymæ pœnitentium, ab ipſo ſunt gemitus ſupplicantium.Et nemo poteſt dicere Dominum Ieſum niſi in Spiritu Sancto, cuius æqualem cum Patre & Filio omnipotentiam,vnamque deitatem euidentiſsime prædicat Apoſtolus dicens: Diuiſiones autem gratiarum ſunt,idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationũ ſunt, idem autem Dominus. Et diuiſiones operationum ſunt,idem verò Deus,qui operatur omnia in omnibus.Hęc Leo.Non dixit Leo ſolum, ſine Spiritu Sancto non poſſumus confiteri,ſed habemus per eum vt poſsimus confiteri, ab ipſo inuocatio Patris, ab ipſo lachrymę, & gemitus, ab ipſo cõtritio, qui omnia in nobis operatur, qui dicit omnia nil excludit boni.Cauendum igitur eſt ne contra Spiritum Sanctum ſentiamus. Si enim adiutorium noſtrum offendimus in impietate remanebimus. Quid aget qui facultatem

1.Cor. 12.

Cõtẽnere auxilij Dei efficaciã eſt peccatũ cõtra Spiritũ Sanctum.

agendi ſpernit? Hoc non eſt quærere potentiam, ſed impotentiam.

Dæmon peccauit contra efficaciã auxilij Dei. Apoc. 12.

Contra Spiritum Sanctum peccauit Dæmon in illo certamine inito cum Michaele in cœlo: at contra Paracletum agens, ideſt contra aduocatum, Paraclytus, ideſt inglorius, ipſe remanſit. Factum eſt prælium magnum in cœlo. Michael & Angeli eius præliabuntur cum Dracone, & Draco pugnabat & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo. Quænam erat obſecro iſta contentio? Nunquid apetijt Dæmon eſſe Deum per naturam? Nunquid ſpreuit donum gratiæ, quo fuerat illuſtratus primo inſtanti, quo poteſtatem habebat ad perſeuerandum? Nunquid apetijt beatitudinem citra Deum? Minimè gentium, quinimo id deſiderauit, ad quod peruenijſſet, ſi ſtetiſſet, vt ait Anſelmus. Controuerſiæ igitur ſtatus ait D. Thomas 1. p. q. 63. art. 3. Hic erat. Donis multis naturæ & gratiæ coruſcus mane Lucifer oriens (ideſt in primo inſtãti) finem vltimum in alio inſtanti ſupernaturalem non ex ampliori auxilio diuino, quod etiam largiretur orientium donorum bonum vſum, ſed pro vſu ſui arbitrij eſſe adquirendum in conſideratione eſt arbitratus (cauendum igitur ne illius inconſiderationem, ipſi conſiderate teneamus) voluit, inquam, Dæmon, teſte D. Thoma q. 16. de malo & q. 16. de Dæmo. art. 2. ad 4. viſionem Dei bono vſu ſui arbitrij adipiſci, ſpreta diuinorum auxiliorum virtute non ſufficiẽti: haud quippe illam, de qua gloriabatur, contẽnebat gratiã ſed efficaci. Hinc Auguſtinus lib. de libero arbitrio ait peccaſſe Dæmonẽ, quatenus de poteſtate ſui arbitrij eſt nimium delectatus. Hinc etiam peccatum Dæmonis ſuperbia dicitur: nam ſuperbus, vt conſtat ex Ariſtotele libro. 3. Eticorum capite. 8. Fictor eſt fortitudinis: fingit quippe ſe illam habere efficaciam, quam non habet. Ita refert Ariſtotelem Diuus Thomas in Diſpu. quæſt. 8. de ſuperbia art. 3.

Anſelmus. D. Thomas. Status controuerſiæ inter Michaelem & Dæmonem.

D. Thomas.

Auguſtin.

Ariſtote.

10. argu-

10. argumento. In hoc certamine altera ex parte astabat Michael clamans; Quis sicut Deus? Et forte ideo Michaeli imposita est cura de animabus in paradysum perducendis, quatenus vnum eundemque tutorem & patronum haberemus nos & auxilia diuina. Quatenus, inquam, ad paradysum auxiliorum beneficio peruenitur, oportuit præpositum huius viæ esse Michaelem auxiliorum defensorem egregium. Hic erat controuersiæ status: resolutionem attende. Audiui vocem magnam in cœlo dicentem. Nunc facta est salus, & potestas Christi eius, & regnum Dei nostri. Declarata itaque fuit potestas & virtus efficax diffinita auxiliorum Dei. Hos honores & hanc virtutem decernebant Christo Domino prosequentes cantum, quem Michael initio mundi intonauerat, etiam Hebreorum infantes, clamantes, Osanna filio Dauid: vt ita ex ore infantium perficeret laudem. Et certe, si efficacia non esset in auxilio Dei, non videretur perfecta & integra laus, arbitrio sibi præripiente dimidiam. Qui gloriatur igitur, in Domino glorietur.

D. Thomas.

Math. 21.

Paulus.

Cum ergo etiam infantes in hoc choro admittantur, non temere clamo infans: Deus in adiutorium meum intende: auxiliabuntur enim auxilia diuina, vt alibi dixi, suos auxiliatores: imo se ipsa in nobis, vel per nos adiuuabunt. Cum non sicut capti Penates Eneæ indigebant auxilio, ita nobis indigeat Deus noster; dicitur namque à Dauide Deus, quoniam bonorum meorum non indiges. Mulier, quam contentiosus & seditiosus draco in terram proiectus persequebatur ab eius vnguibus se præripuit, acceptis duabus alis, dono nimirum, & vsu doni, non ergo implumis sua natura animus ad volandum in regione gratiæ, vnam tantum à Deo mendicat alam, sed vtramque. Illam eandem tesseram, quam in primo illo bello scriptam gerebat in suis vexillis Michael aduersus

Non est Deus noster sicut capti Penates, qui Eneę auxilio indigebant.

Apoc. 12.

Tessera Machabei, & vnde dicti Machabei.

sus tumentem Dæmonis libertatem, nempe, Quis sicut Deus? Dedit Iudas, Mathatiæ filius, Machabeus suis militibus, scribens in vexillis, Quis sicut tu in fortibus Domine? Iussitque eam singulis ordinum tanquam certum victoriæ omen inscribi. Et quia Hebræus habet Michemocha Baëlim Iehoua, depingebatur tessera per quatuor initiales litteras hoc est, M, C.B.I. Quas vulgus breuitatis gratia cogens, hanc vocem Machabei, conflauit, hoc nomine duces illos donans in sempiternum. Ita refert Sixtus Senen

Six. Senen. Rabbi Isaac.

sis lib. 1. Bibli. Sec. 2. ex Rabbi Isaac Benschola.

D. August. D. Thom.

D. Augustinus in libro de correptione & gratia cap. 10. ait. Deus sic ordinauit Angelorum & hominum vitam, vt prius in eis ostenderet quid posset eorum liberum arbitrium, deinde, quid suæ gratiæ beneficium. Hanc doctrinam August. referens & explicans D. Thomas 1p. q. 95. art. 1. ad. 3. ait in hunc modum: Ex illa authoritate Aug. non habetur quod Angelus vel homo prius fuerit creatus in naturali libertate arbitrij, quam habuisset gratiam: sed quod ostendit, quid in eis posset liberum arbitrium ante confirmationem, & quid postmodum consecuti essent per auxilium gratiæ confirmantis. Hæc Diuus Thomas. Videas ergo quo pacto, si stes, si non cadas, non attribuatur vsui tui arbitrij, etsi habeat aliquod auxilium gratiæ, sed auxilio efficaci confirmanti. Angeli itaque omnes gratiam habuerunt: non tamen omnes perseuerarunt, cuius discretionis ratio, in auxilium gratiæ confirmans refundenda est: & non in vsum arbitrij: alioqui magis ostenderetur quid posset arbitrium, quã quid posset gratia Dei. Ibidem habet D. Thomas ad 4. ita: vel potest dici quod etsi homo fuerit creatus in gratia non tamen habuit quod ex creatione naturę posset proficere per meritum; sed ex superadditione gratiæ. Non igitur vsui tui arbitrij, quantumuis aliquo auxilio prœuenti: sed gratiæ, quæ superadditur attribuenda est tua cõuersio.

Matth. 20.

Ibidem

Ibidem q.113.ar.5.ad.1.Ita habet: Angeli mittuntur in ministerium, efficaciter quidem propter eos solos, qui hæreditatem capiunt salutis, si consideretur vltimus effectus custodiæ, qui est perceptio hæreditatis. Nihilominus tamen, & alijs ministerium Angelorum non subtrahitur, quamuis in eis hanc efficaciam non habeat, quod perducantur ad salutem hæc D. Tho. En tibi inter ministeria Angelorum, quæ inter auxilia Dei connumerantur, quædam efficacia, & quædam non efficacia. *D. Thomas.*

D. Leo Papa serm. 2. in Nati. Domini ita. Opus fuit dilectissimi, secreti dispensatione Consilij, vt incommutabilis Deus (cuius voluntas non potest sua benignitate priuari) primam pietatis suæ dispositionem, sacramento occultiore compleret, & homo diabolicæ iniquitatis versutia actus in peccatum, contra Dei propositum non periret. Hæc Leo. Non dixit contra Dei scientiam, sed contra Dei propositũ. *D. Leo. Pa.*

Gloria in excelsis Deo, dixerunt Angeli, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: id est pax fructus efficacis voluntatis diuinæ: vt elegãter Iansenius interprætatur. Idem Leo serm. 4. in Epipha. tangens motionem moralem, & physicã, ita habet. Præter illam stellæ speciem, quæ corporeum incitauit obtutum, fulgentior veritatis radius eorum corda perdocuit. *Luc. 2. Iansenius. D. Leo. Pa.*

D. Hieronymus Epist. 127. victoriam in maiori periculo, non vsui arbitrij, sed gratiæ adiudicat his verbis. Vbi enim magnitudo discriminis, ibi magnitudo gratiæ. Non ergo cũ paruo auxilio vsus tui arbitrij superas magnas difficultates: alioqui vt quid discrimini magno gratiæ magnitudo præpararetur? *D. Hieron.*

D. Augusti. tract. 82. in Euang. Ioan. cap. 4. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos ita habet. Vnde autem diligeremus, nisi prius diligeremur? Aperuissime enim hoc in Epist. sua testatur Euangelista in- *Augustin. Ioan. 4.*

quiens. Nos diligamus Deum, quoniã ipſe prior dilexit nos.
Auguſti. Idem tract. 9 in 1. Ioan. ſuper verba præfata in hunc modũ habet. Quare diligimus Deum? Quia ipſe prior dilexit nos, & donauit nobis diligere. Certè ſi diuinus amor non eſſet efficax cauſa tui amoris per ſua auxilia, ſi inquam tantũ eſſet partialis cauſa, non ideo amares, quia fueras amatus: ſaltim ſub illa partiali ratione, qua Deo te condiuidis, non redamares. Imo in tali ſenſu redamarere à Deo, & ita amaret Deus, quam ſua voluntate efficaci non communicaſſet bonitatem. Certè qui cum minori reſurgeret, aut æquali, poſſet dicere: minus dilectus, cum eſſem, redamaui amplius.
Cant. 8. Redamamus ergo, quia amamur: & redamamus magis, quia
Ricardus. magis amamur. Ricardus de Sancto Victore in lib. Beniamin lib. 5. c. 6. & 15. ſuper verba illa Canti. 8. innixa ſuper dilectũ ſuũ ita habet. Quid eſt dilecto ſuo inniti? Niſi virtute il-
Sotusmaior lius, & nõ proprijs viribus promoueri? Quid, inquã, aliud eſt illi dilecto ſuo incũbere, quã de propria virtute nil præſumere? Nõ eſt enim volẽtis, neq; currẽtis, ſed miſerentis Dei. Ita Ricardus. Noſter Sotus maior his addit. Nil poteſt arbitriũ perſe pie agere, niſi prius agatur: vnde bene laudatur Eccleſia, quod tota (non exparte) ſuper dilectum ſuum innitatur,
Bernardus. vt ab eo ſtabilitatem ſumat & virtutẽ ad bene agẽdũ, & perſeuerandũ in officio, omniaq; pericula & mala facile vincẽdũ. Bernar. ſer. 5. in Cant. ſuper hæc verba in hunc modũ ha-
Arbitrium bet. Sibi ipſi fidere, non fidei, ſed perfidiæ eſt. Eſt ergo liber-
Hedera. tas noſtra hędera, quę nõ aſcẽdit niſi innixa: noli ſub vmbra illius, vt Ionas requieſcere, niſi enim innitatur, corruit, vel excitatur: ſed ſub vmbra, quã optat ſpõſa. Idẽ Bernardus ſu-
Cant. 2. per illud Cant. 2. inforaminibus petræita. Quid enim nõ bo-
Bernardus. ni in Petra (ideſt Chriſti paſſione) in Petra exãltatus, in petra ſecurus, in Petra firmiter ſto, ſecurus ab hoſte, fortis à caſu. Vbi infirmis firma requies, niſi in vulneribus Chriſti? Tanto illic ſecurior habito, quanto ille potentior eſt ad ſaluandum: hæc ille. Si ergo ad menſurã potentioris auxilij põderanda

deranda est tua maior securitas, quo modo cũ minus potẽti auxilio securior habitas, quã qui potentius accepit?

Magister. 2. d. 5. Asserit Angelis, qui perstiterunt, datã fuisse gratiã, qua efficaciter iuuabãtur: alijs autẽ datũ fuit, quo poterant: non autẽ, vt vellent. Rursus ibidem, licet mali sine gratia efficaci proficere non possent de facto: tamen sponte defecerunt. Item. Isti vero sunt excæcati non immissione malitiæ, sed defectione gratiæ. Non ita, quod prius debita subtraheretur: sed quia nunquam est appositа: vt conuerterentur. Hæc magister. *Magister.*

Ambrosius in lib. de Isaac & anima. c. 6. super illud Cant. 5. Venter meus intremuit ad cõtactũ eius, ait. Præsentia enim sponsi, seu verbi hausit anima sponsæ virtutẽ ad aperiendũ, sicut præsentia Mariæ, cum vtero grauis esset, erudiuit Ioãnem in vtero constitutum. *Ambrosius*

Cantico. 5.

Grego. Nice. super eũdem locũ Cant. Ita. Cũ verbum ad sponsam ait: aperi, largitur ei facultatẽ aperiẽdi per diuinos sensus. Ex hoc loco Cant. Camerarius, recẽtior Theologus lib. 1. de gra. & lib. arb. c. 4. colligit necessitatẽ auxilij diuini efficacis præuenientis libertatẽ. Quid igitur est (ait iste doctor) ponere manũ, quid tãgere aliud est, quã à solo Deo moueri? Quãuis ergo nec solus Deus, nec solus homo, sed vterq; in solidũ id ipsũ agat: Sic tamẽ totũ homo, quia totũ à gratia habet. Hæc Camerarius. Intelligitur ergo, ait noster Sotus maior, per istã manus immissionem seu cõtactũ præsentissimũ & efficax Dei auxiliũ, quo posito, re ipsa & facto nemo nõ cõuertitur, quo etiã remoto, nemo reipsa cõuertitur *Greg. Nice.* *Camerarius* *Sotus maior Lusita.*

Aliquibus rationibus probatur efficacia Auxiliorum.

PRima ratio. Certa fide tenẽdũ est quod Deus indurauit cor Pharaonis subtrahẽdo auxiliũ: sed subtraxit sufficiẽs: ergo efficax. Certè, si Deus emollire dicitur dando auxilium: Indurare vero subtrahendo, vel remittendo auxiliũ, fit con-

Digitized by Google

fit consequens, quòd si ex duobus, is, qui minus iuuatur resurgat, resurgere eum, qui, quantum est ex virtute auxilij, minus emolliebatur, ac quasi indurabatur magis: & deficere eum, qui, quantum est ex modo motionis Dei, magis emolliebatur: quæ non video quomodo quadrent cum his, cui vult miseretur, & quem vult indurat.

Secunda ratio. Si stante æquali auxilio in duobus, vnus pro innata libertate resurgit, alio non resurgente, fit consequens motum liberi arbitrij, non tantum quatenus est ex auxilio Dei, sed etiam, quatenus præscise est ab arbitrio nostro, esse dispositionem ad gratiam, ordinisque supernaturalis: sed hoc est falsum: ergo &c. Probatur sequella, nam motus arbitrij, etiam secundum id, per quod habetur efficaciter attendendo præscissum modum efficaciæ, est, dispositio ad gratiã: alioqui non esset efficax dispositio: ergo. &c. Sed secundum hanc inadæquatam rationem non est ex auxilio Dei, sed ei condiuiditur, erit ergo dispositio, etiam quatenus non est ex auxilio Dei.

Tertia ratio est ad hominẽ cõtra quẽdã qui rectè obseruans 3.p.q. 7.ar.13.sect.1. Visionẽ beatã esse ordinis supernaturalis, & ad eam nos habere potentiam non naturalẽ, sed obedientiam, quatenus eleuari possumus, ait, quod etsi conatus actiuus naturalis intellectus, sit taxatus, & terminum habeat augmenti, qui exhauriri potest: at conatus supernaturalis, qui habetur per auxilium eleuans in infinitum potest augeri sicut auxilium: quia iste conatus ad mensuram, & proportionem auxilij eleuantis ponderandus est, vt cõstat Exo.17. in victoria Israel contra Amalec. Nam ad mensuram leuationis manuum Moisi crescebat victoria. Iam illa eleuatio auxilium diuinum notat. Moises vero ex se graues habebat manus: diuino autem auxilio leues. Super hũc locum mirifice considerat origenes Moisen leuare, Christũ vero dominum extendere manus. Potes tu recipere: Chri-

Quare charitas possit augeri in infinitum.

Exodi. 17.

stus

ſtus vero dare auxilium. Non ad tui arbitrij vſum leuandæ manus ſunt: ſed ad Deum.

Vatablus ſuper hæc verba, cumque leuaret manus Moiſes, vincebat, ita habet. Ideſt, quando Moiſes totus pendebat à Deo, & intenſiſsime orabat magna animi contentione, vincebat Iſrael: manus autem Moiſi ſua ſponte graues, Dei autem auxilio leues erant. Hæc Vatablus. Si ergo vincis, quia totus pendes à Deo, quare tanquam cauſæ partiali tuum arbitrium in hac victoria annectis Deo, vt commilitonem? Si ſua ſponte arbitrium graue eſt, & ad terram propendit, quo modo recepti auxilij auget leuitatem? Quo modo, quod non accepit, retribuit? Certe quo ad efficaciam tu prior dares illi, quod non eſt dicendum. Non ergo das, ſed fructũ receptę efficaciæ retribuis. Scribe (dixit Deus Moiſi) hæc ob monimentum, nõ excidat à memoria iſtas victorias meas eſſe. *Vatablus.*

Cyrillus ſuper hunc locum ait Moiſen inter manus leuatas habuiſſe virgam Dei, mirificum auxilij Dei Symbolum, quam etiam geſtabat, dum miracula faceret, ne putaret ſe propria virtute facere. Iam iuſtificatio, ex D. Thom. 1. 2. q. 114. art. 10. Etſi qua parte in nobis eſt capacitas ad gratiam naturaliter (non dixit naturalis, ſed naturaliter) non dicatur miraculum: at ex parte potentiæ agentis ſimpliciter dicitur miraculum. Quis igitur audebit affimare, quod qui virtutem faciendi miracula minorem à Deo accepit, maiora faciat, quam qui maiorem? Imo quod ſimpliciter faciat, maiori vero donatus non faciat: Si ad faciendum hoc miraculum concurrit Deus & tuum arbitrium, vt cauſæ partiales patrator miraculorum eſt arbitrium non ex Deo, ſed cum Deo. Loco citato D. Thom. his verbis eleganter exprimit quo modo maior perfectio conuerſionis, non vſui arbitrij ſtante alioqui æqualitate auxiliorum: ſed auxilio diuino maiori ſit attribuenda. Eſt enim iſte communis & *Cyrillus.* *D. Thomas.* *D. Thomas.*

consuetus iustificationis cursus, vt Deo mouente interius animam, homo conuertatur ad Deũ, primo quidẽ cõuersione imperfecta, vt postmodũ ad perfectã deueniat: quia charitas inchoata meretur augeri, vt aucta mereatur perfici, sicut Augustinus habet tract. 5. in Epist. Ioan. Quandoq; vero tam vehementer Deus animam mouet, vt statim quandam perfectionem iustitiæ assequatur (sicut fuit in conuersione Pauli) adhibita exterius miraculosa prostratione. Hæc D. T. Videas ergo quo modo non vsui arbitrij, stãte alioqui æqualitate auxiliorum, sed vehementiori auxilio victoria maior ascribatur. Certè aduersarius fatebitur posse aliquem non ita vehemẽter præuentum, sicut fuit Paulus, Pauli perfectã iustitiam & exequare, & superare. Videatis Sotum maior ad ducentem & explicantẽ hunc locũ Exodi, super verba Cãt. Innixa super dilectũ suũ. Sed ad institutũ redeamus: fit ergo ex dictis quod cũ minore, vel æquali lumine gloriæ non videat intensius, qui acutius habet naturale ingenium. Nam magis & minus admensurã luminis, vel auxilij eleuantis considerandа sunt. Hoc suppositо ita argumentor. Consensus noster in iustificatione est supernaturalis, & ordinis gratię: ergo ponderandus est ad mensuram auxilij: ac proinde cũ æquali auxilio non resurget vnus, alio non resurgẽte. Moxnam fieret alioqui consequens, quòd non posset noster consensus augeri in infinitum, si augmentum eius ad mẽsuram auxilij non est ponderandum. Constat: nam si in augmento visionis, & gratiæ non datur terminus, quia fit ad mẽsuram auxilij: si consensus non fit ad mensuram auxilij non poterit augeri in infinitum. Etiam fieret consequens, quod qui habet minus auxilium possit habere intensiorem consensum, quod constat esse falsum. Et nota, quòd adhuc minus placet (esto vtrunq; displiceat) asserere quòd cũ æquali auxilio, pro bono vsu arbitrij resurgat vnus, alio nõ resurgẽte, quã asserere, quod cũ æquali lumine gloriæ, magis videat vnus, quam

Augusti.

Sotus maior Lusita.

Digitized by Google

quam alter quia lumẽ naturale à Deo eſt ſolo, & non adeo repugnat ordinari ad gratiã, quãuis ab ordine gratiæ deffi-ciat: at conſenſus noſter eſt opus hamanũ, & magis à gratia extraneus. Vt habet D. Thomas. 1.p.q.62.ar.6.ad 2. D. Tho. etiam 12.q.114.ar.9. ex eo ait non poſſe hominẽ ſibi promere ri donũ perſeuerantiæ, quia hoc donũ ſolũ dependet ex diuina motione: non ergo cũ æquali motione diuina perſeue-rabit vnus pro bono vſu arbitrij, altero cadente. *D.Thomas.* *D.Thomas.*

Quarta ratio ad hominẽ etiã cõtra quendã recẽtiorẽ. Nã in ſuo lib.3.de Auxi.c.17.n.8. Ingenue fatetur aliquas actiones liberas præfiniri à Deo infallibiliter euẽturas hîc, & nũc cũ omnibus circunſtantijs: de quibus dicere, quod Deus ſolũ illas in confuſo diſpoſuerit, particulares autẽ circũſtãtias non præordinauerit voluntate ſua, ſed præſciuerit determinandas per voluntatẽ hominũ, alienũ eſt à perfectione diuinæ prouidentiæ. Hæc ille author: quẽ ita ex ſua doctrina præmo. Si infallibiliter præordinat ſua voluntate, & prædefinit conſenſum, nõ tãtum præcognoſcendo per illã ſcientiã mediã, determinãdũ fore per noſtrũ arbitriũ, ſed diffiniẽdo, & ordinando ſua voluntate, proculdubio infallibilitas futuri conſenſus, in ipſam Dei voluũtatẽ præfinientẽ reſoluenda eſt. Nõ ergo ſibi cõſtat iſte Doctor, dũ aſſerit cap.14. nu.10. certitudinẽ, & infallibilitatẽ ad ſciẽtiã tantũ: neceſſitatẽ verò ad cauſam referri. En habemus cauſam infallibilitatis voluntatẽ diuinã, quæ non cauſat neceſſitatẽ, quæ impediat libertatẽ: ergo poteſt cũ efficaci, & infallibili volũtate diuina mouẽte, & ordinãte, conciliari libertas. Iã: ſi hanc efficaciã, & ordinationẽ non admittere, in aliquibus operibus Dei, à Deo præfinitis, eſt notare confuſionẽ, & imperfectionẽ in prouidentia Dei: ergo in alijs confuſa erit, & imperfecta prouidentia: quod non eſt audiendum.

Quinta ratio. Non minor eſt concedenda, ſed multò maior virtus gratiæ Dei, vt moueat ad bonum, quam Dæmonis ſuggeſtioni, petulantiæ carnis, & omnibus alijs, qui-

bus miſere circumuenimur, ita vt ſit infallibilis lapſus in aliquod veniale, & etiam in mortale, ſi diu ſine gratia ſimus: ergo efficaciorem habebit virtutem ad cauſandum bonum conſenſum, ſalua ſemper libertate, immo corroborata.

D. Thomas. Septima Ratio. Ex D. T. 1.2. q. 6. ar. 4. ad. 1. Potētior eſt Deus ad immutandū noſtrū arbitriū, quā ipſum arbitriū ad ſe ipſum immutandū: & abſq; violētia: ſed arbitriū efficaciter & libere ſe determinat: ergo & Deus poteſt illud determinare. Dices poſſe abſq; violentia, quatenus eſſet ille actus, non liber, ſed voluntarius. Sed contra ita inſiſto. Nam quod volū tati voluntarium eſſet in hoc caſu, violentū eſſet voluntati, vt liberæ, liberumq; deſtrueret cuius contrariū docet D. T.

Octaua ratio. Quomodo fieri poteſt; vt dum æqualiter fugant vitā à vite palmites, æquali etiam furente aquilone, ſeu flante Auſtro, cæteriſq; æqualibus, areſcat vnus, & alter viuat? Et quod peius, vt viuat, qui minus accepit? Mox: duo bus aridis, & mortuis, quomodo, qui minorē ſumit virtutē reuiciſcit, altero, qui maiorē ſuſcipit mortuo remanente? Si reuiuiſcentiæ radix eſt vitis, quomodo aridus palmes reſurget efficaciter, niſi virtutem à vite accipiat efficacem? Quomodo mortuus homo reſurget efficaciter, niſi à vitæ authore efficaciter ſuſcitetur? Contingit ne aliquādo, vt mi nor virtus faciendi miracula applicata vni mortuo illū ſuſcitauerit, & alteri mortuo applicata maior nō ſuſcitauerit? Et certè adhuc deficit magis ab ordine gratiæ potentia, ad gratiā, quā potentia ad repetendā animā. Quis dicet vitā ipſam auxiliorū Dei à morte viuificari; mirum à noſtro cō ſenſu? Legatur D. Thomas 1.2. quæſt. 109. ar. 7. in cor. & ad 2.

Nona ratio deſſumitur ex D. T. in diſp. q. vnica de ſpe. ar.

D. Thomas. 1. vbi habet: Eatenus ſpes habet rationē virtutis, quatenus innititur auxilio diuino: ergo ſi auxiliū diuinū nō eſt efficax ratione ſui, ſpes nō erit quo ad ſui efficaciā, & integrā ratio nē virtus. Et cōfirmatur ex eodē ibidē. Ita ſe habet in ſpe auxilium

xiliũ diuinę poteſtatis ad ſperãdũ, ſicut in fide prima veritas obſcurè reuelans ad creandum: ſed hæc eſt adęquata, & integra ratio credendi, nec enim perficitur teſtimonium diuinũ ab humano: ergo etiã auxiliũ diuinũ habet in ſe efficacẽ poteſtatem ſperãdi. ¶Certè, ſi in proprio vſu arbitrij eſſet efficacia ſpei conſtituenda: non tam ſpes, falſim ſub hac cõſideratione, quam fiducia eſſet nuncupanda: imo in medio conſiſteret hæc virtus theologa: peccaremuſque Thomiſtæ pluſquam liceat ſperando.

Dum Petrus, vt dixi iam, innixus efficaci auxilio Dei ambulat, conculcat vndas, & obediunt maria. vbi verò cœpit non inhærere huic virtuti, demergebatur. Quòd duæ arbores ſecus decurſus aquarũ plantatæ in omnibus ęquales æqualem reddant fructum in tempore ſuo, optimè dicetur: at quòd diſtans ab aquis, exiguumque captans à cœlo rorem, reddat: non autem, quę in crepidine aluei, ſeu in ripa fluminis plantata eſt; hoc non valeo intelligere. Quomodo enim duabus arboribus ęqualem rorem ſuſcipientibus, æqualiter excultis, æquales aëris moleſtias, temperies, & intẽperies patientibus, fieri poterit, vt vna moriatur, & altera viuat: aut quòd vna ſola reuiuiſcat, alia marceſcente? Vnde hauſit Petrus efficaciam confeſſionis? Nunquid ab arbitrio? Nunquid à carne & ſanguine? Certè ſi ita, non ei diceretur. Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus.

Octaua ratio, Nullus Angelus potuit in primo inſtanti peccare, ſed omnes meruerunt neceſſario, neceſſitate infallibilitatis, ob præmotionem & diſpoſitionem, quam habebant à Deo: ergo Deus poteſt efficaciter præmouere. Et nota, quod non tantum infallibiliter fuerunt præuenti ad non peccandum commiſsione, ſed etiam omiſsione. Eſto ad illud primum alio titulo etiam eſſent determinati. Non enim ſtante illa conſideratione, cum qua creaban-

tur, erant vt sic liberi libertate contrarietatis in illo primo instanti, sed contradictionis. Et confirmatur. Nam si beato imponeretur præceptum de exercendo actu libero, libere impleret, prędeterminatus nihilominus infallibiliter à visione.

Videatur Diuus Bernardus, de gratia & lib. arb. vbi multa docet, quæ nostro fauent instituto. Ibi enim affirmat, quomodo non nos nostra merita creent, qui nec Dominus Iesus possumus dicere nisi in Spiritu Sancto. Diabolo, ait Bernardus, nostra nos mancipat voluntas, non ipsius potestas: Deo subijcit eius gratia, non nostra voluntas. Absit vt Deo creationem tantum vel negotij inchoationem tribuamus, cùm longè melius sit, rem esse perfectam, quàm incœptam, & dictu ipso nefas videatur, Deo quod minus, nobis quod excellentius sit attribuere. Iam si Deus per sufficiens moueret seu inchoaret, tu autem ex vsu arbitrij adderes efficaciam, & negotium consummares, tibi, vt ait Bernardus, quod, excellentius est, assumeres.

Videatur etiam Philo Iudæus in lib. de Abrahamo to. 1. pag. 310. vbi allegoricè exponens verba illa Exod. 3. Hoc nomen meum est æternum, Deus Abraham, & Deus Isaac & Deus Iacob. Eleganter explicat quomodo iuuetur & perficiatur natura per auxilium gratiæ. Idem auctor lib. de migratione Abrahæ to. 1. pag. 340. ait: Si quid anima ex se ipsa parturit plerumque abortiuum & immaturum gignitur: è diuerso integrum, absolutumq; quidquid in eam diuinitùs impluit. Legatur etiam eiusdem epistola de gratia Dei & lib. arb. ad Ruffinum post medium, vbi inter cœtera asserit. Agnoscat se humana debilitas, & in primo homine vniuersarum generationum damnata successio, quia sordet natura sine gratia &c. Videatur etiam Suarez quantumuis aduersarius, qui 3. parte quæstione 15 disputatione 34. sectione 2. optime ex Diuo Thoma & ex multis alijs Patribus probat,

Suarez videndus est contra se ipsum.

probat, quod etsi anima Christi non esset beata, esset nihilo minus impeccabilis, quia auxilium, & regimẽ voluntatis diuinæ efficacitatem habebant ad voluntatem humanam diri gendam, & trahendam, quo vellet voluntas diuina.

Aliquot aduersariorum argumenta dissoluuntur.

PRIMVM Argumentum obijciam cum D. Thoma, & cum eodem dissoluam 3. con. gen. cap. 159. & 160. vbi in hunc modum obijcit: Si absque dono perseuerantiæ, & similiter absque auxilio efficaci nullus perseuerare potest, resurgere de facto nullus, videri potest alicui quod non sit homini imputandum, quòd non perseueret, vel non resurgat præcipuè cùm auxilium diuinæ gratiæ mereri non possit, nec ad Deum conuerti, nisi Deus eum conuertat, nulli enim imputatur, quod ab alio dependet. Loco citato ita satisfacit huic argumento D. Tho. Ad huius dubitationis solutionem considerandum est, quòd licet aliquis per motum liberi arbitrij diuinam gratiam nec promereri nec acquirere possit, potest tamen seipsum impedire, ne eam recipiat: dicitur enim de quibusdã Iob. 21. dixerũt Deo: Recede à nobis, & scientiã viarũ tuarũ nolumus. Et Iob 24. Ipsi fuerũt rebelles lumini. Et cũ hoc sit in potestate liberi arbitrij impedire diuinæ gratiæ receptionẽ, vel non impedire; non immerito in culpã imputatur ei, qui impedimentũ præstat gratiæ receptioni. Deus enim quantum in se est, paratus est omnibus gratiã dare: vult enim omnes homines saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, vt dicitur 1. ad Thimoth. 2. Sed illi soli gratia priuantur, qui in seipsis gratiæ impedimentum præstant: sicut sole mundum illuminante ad culpã imputatur ei, qui oculos claudit, si ex hoc aliquod malum sequatur, licet videre non possit nisi lumine Solis præueniatur.

D. Fulgen.

Solut. D. T.

Iob 21. & 24.

1. Ad Thimo. 2.

Quòd

Arbitrium naturę integrę potestatē habet ad nō apponendū impedimētum gratię: modo nō ita.

Quod autem dictum est, in potestate liberi arbitrij esse ne impedimentū gratiæ præstet, cōpetit ijs, in quibus naturalis potentia integra fuerit. Si autē per inordinationē præcedentem declinauerit ad malum, non erit omnino in potestate eius nullū impedimētum gratiæ præstare. Etsi enim ad aliquod momētū ab aliquo peccati actu particulari possit abstinere propria potestate, si tamē diu sibi relinquatur, in peccatum cadit, per quod gratiæ impedimentū præstatur. Cùm enim mens hominis à statu rectitudinis declinauerit, manifestum est, quòd recesserit ab ordine debiti finis. Illud igitur quod deberet esse in affectu præcipuum tanquam vltimus finis, efficitur minus dilectum illo, ad quod mens inordinatè conuersa est sicut in vltimum finem. Quādocunque igitur occurrerit aliquid conueniens, inordinatio repugnans fini debito eligetur, nisi reducatur ad debitum ordinem, vt finem debitum omnibus prę ferat, quod est gratiæ effectus: dum autem eligitur aliquid, quod repugnat vltimo fini, impedimentum præstat gratiæ, quæ dirigit in finem. Vnde manifestum est, quòd post peccatum non potest homo abstinere ab omni peccato antequam per gratiam ad debitum ordinem reducatur.

Quomodo voluntas possit efficaciter pręueniri ab aliquibus, salua libertate.

Præterea cùm mens inclinata fuerit ad aliquid, non se iam habet æqualiter ad vtrumque oppositorum, sed magis ad illud, ad quod est inclinata. Illud autem, ad quod magis se habet, eligit, nisi per rationis discussionem, ab eo quadā solicitudine abducatur. Vnde & in repentinis signum interioris habitus præcipuè accipi potest. Non est autem posibile mentem hominis continuè in ea vigilantia esse, vt per rationē discutiat quicquid debet velle, vel agere. Vnde consequitur quòd mens aliquando eligat id, ad quod est inclinata inclinatione manente. Et ita si inclinata fuerit in peccatum, non stabit diu, quin peccet impedimentum gratiæ præstans, nisi ad statum rectitudinis reducatur.

Adhuc

Adhuc etiam operantur impetus corporalium passionum,& appetibilia secundum sensum, ac plurimæ passiones,& occasiones malè agendi,quibus de facili homo prouocatur ad peccandum, nisi retrahatur per firmam inhæsionem ad vltimum finem,quam gratia facit. Collige ex his quo modo etiam ad malum absque libertatis iactura (non Deus) sed aliqua nos prædeterminent infallibiliter; vt hanc virtutem efficacem auxilio non neges diuino ad bonum. Mens enim, vt ait Diuus Thomas inclinata ad aliquid non se iam habet æqualiter ad vtrumque oppositorum,sed magis ad illud,ad quod est inclinata. Iam illud,ad quod magis se habet,eligit,nisi per rationis discussionem abducatur. Si ergo Deus suauiter ordinet, ne adsit discussio diuertens, infallibiliter electionem prædeterminabit, supposito iam efficaci contactu physico,quo voluntas inclinatur. Sed reuertamur ad Diuum Thomam, qui loco citato ita prosequitur solutionem.

Vnde apparet stulta Pelagianorum opinio, qui dicebant,hominem in peccato existentem,sine gratia posse vitare peccata: cuius contrarium apparet ex hoc quod Psalmista petit: Dum defecerit virtus mea,ne derelinquas me. Et Dominus orare nos docet, Et ne nos inducas in tētationem: sed libera nos à malo. Quamuis autem illi,qui in peccato sunt, vitare non possint per propriam potestatem, quin impedimentum gratiæ præstent,vel ponant,vt ostensum est, nisi auxilio gratiæ præueniantur: nihilominus tamen hoc eis imputatur ad culpam; quia hic defectus ex culpa præcedente in eis relinquitur. Sicut ebrius ab homicidio non excusatur,quod per ebrietatem committit, quã sua culpa incurrit. Præterea licet ille, qui est in peccato nõ habeat hoc in propria potestate, quod omnino viter peccatum; habet tamen potestatem nunc vitare hoc,vel illud peccatum,vt dictum est,vnde quodcumque committit,vo-

luntariæ committit,& ita non immeritò sibi imputatur ad culpam. Hæc D, Thomæ locis præfatis.

Augustin. Secundum argumentum est petitum ex Diuo Augustino de prædestinatione, & gratia capite 15. Vbi comparans Pharaonem cum Nabuchodonosore affirmat: ambo quantùm ad naturam erant homines; quantùm ad dignitatem, Reges, quantùm ad causam, ambo Dei populum detinebant captiuum, quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos? Nisi quòd vnus manum Dei sentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit alter verò libero contra Dei misericordiam pugnauit arbitrio: ergo sentit Augustinus ex duobus illis Regibus æqualiter flagellatis, & adiutis resurrexisse vnum altero non resurgente.

Solutio. Respondetur primò affirmasse quidem Augustinum Pharaonem ex prauo vsu libertatis defeciss: tamen non asseruit Nabuchodonosorem surrexisse ex bono vsu arbitrij, cum æqualitate auxilij. Imo ibidem Augustinus habet Nabuchodonosori affuisse diuinum præsidium, vt conuerteretur. Pharaoni autem, vt induraretur, defuisse. Dum igitur Deus aliquid dedit Nabuchodonosori, nempe cor carneum, illos discreuit.

Respondemus secundo, ibi Diuum Augustinum non instituisse accuratè expendere diuinorum auxiliorum æqualitatẽ, sed arbitrij creati deffectibilitatem & miseriam, quæ quanto auxilia minus inæqualia sunt, tanto magis elucet. His adde, quod sensisse Nabuch. manum Dei donum Dei est, quod Pharao non habuit.

Augustin. Tertium argumentum desumitur etiam ex Augustino 12. de Ciuit. cap. 6. vbi introducit duos iuuenes æqualiter tam corpore quam animo affectos & etiam æqualiter tentatos, ex quibus, ait Augustinus, potest vnus deficere ex propria libertate altero non deficiente: igitur &c. Respo. pri-

po. primo inſtitutum Auguſtini illo in capite non eſſe accurate inueſtigare qualiter egeat diuinis auxilijs noſtrum arbitrium ad opera bona. Sed inſtituit inueſtigare radicem peccati, & docet liberum arbitrium non peccare, quia eſt bona quædam natura a Deo producta, ſed quia eſt ex nihilo. Reſpo. ſecundo quod Auguſtinus non introducit illos adoleſcentes adiutos æqualibus auxilijs ſupernaturalibus: ſed loquitur de æquali affectione intra limites naturæ. *Hieronym.*

Quartum argumentum. Hieronymus apud Iſaiam cap. 49. explicans ex perſona Chriſti verba illa in vacuum laboraui in hunc modum habet. Hęc vniuerſa dicuntur, vt liberum hominis arbitrium monſtraretur. Dei enim vocare eſt, & noſtrum credere. Nec ſtatim, ſi nos non credimus, impoſsibilis Deus eſt: ſed potentiam ſuam noſtro arbitrio derelinquit, vt iuſte voluntas præmium conſequatur: quia ergo noluerunt per me in te credere, iudiciũ meũ apud te eſt, quod omnia fecerim, quæ facere debui. Reſpon. Hieronymum eſſe intelligendum quatenus vocare eſt ſolius Dei: credere autẽ; etiam noſtrũ, vtà Deo efficaci auxilio pręuẽti. Et nota dixiſſe Hieronymum. Si nos non credimus, Dei auxilium non eſt impotens, imo eſt ſufficiens.

Quintum argumentum. Initium ſalutis noſtræ Deo miſerante habemus, vt acquieſcamus ſalutiferæ inſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt: ergo &c. Antecedens habetur de Eccleſiaſticis Dogma. c. 21. Reſpon. ſicut præcedẽti argumẽto. *Auguſti.*

Sextum argumentum. Auguſtinus libro 5. ad ſimplici. quęſtione 2. habet. Vt velimus ſuum voluit eſſe & noſtrũ: ſuum vocando, & noſtrum ſequendo: ergo &c. Reſpondemus Auguſtinum pro nobis facere: nam ait expræſſe noſtrũ conſenſum eſſe fructũ & effectũ vocationis Dei: dicitur nihilominus noſtrũ, quia libere cooperamur. Eadẽ ratione intelligendus eſt capite 34. cùm dicit. In omnibus miſericordia eius præuenit nos: conſentire enim vocationi

Dei: vel ab ea dissentire, sicut dixi, propriæ voluntatis est: ita vt dissensus sit omninò noster: consensus autem & noster, & Dei modo dicto.

D. Prosper. Septimum argumentum. Prosper. 2. de vocatione Gentium cap. 9. cùm eleganter excitantem gratiam describisset, qua Deus cor illuminat, & fidei afectionibus imbuit, subijcit. Sed etiam voluntas subiungitur ei, atque conjungitur, quæ ad hoc prædictis est excitata præsidijs, vt diuino in se cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritū, quòd superno semine concepit ad studium, de sua habens mutabilitatem, si deficit: de gratiæ opitulatione, si proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos, siue occultos, siue manifestos omnibus adhibetur, & quòd à multis refutatur ipsorum est nequitia: quod à multis susçipitur, & gratiæ diuinæ & voluntatis humanæ. Respondemus, totam hanc doctrinam pro nobis facere, & vt vno verbo concludam huic & similibus Patrum authoritatibus facile respondebis dicendo, illos tantum instituisse notare quòd cum efficaci virtute gratiæ diuinæ cohæreat apte noster liber consensus. Obseruare etiam oportet in legendis Patribus, quodnam sit illorum institutum: nam quando defendunt arbitrium, multa tacent eorum, quæ notant indigentiam auxiliorum diuinorum: quando verò de miserijs & deffectibus nostræ libertatis loquuntur, multa dicunt de diuinorum auxiliorum necessitate. Attendenda est etiam Rhetorica, quæ pro rei argumento tropis & figuris auget, vel minuit. Nec potest ex Rhetore, sicut ex Analytico ita austerum sumi argumentum: sed purgandus est Rhetor per farmaca Dialectica, & scholasticam Theologiam, vt tutius susçipiatur.

Triuialis solutio. & bona.

Math. 11. Octauum argumentum. Mathæ. 11. Ve tibi Corozaim, ve tibi Betzayda, quia si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ in te factæ sunt, olim in cilicio & ci-

& cinere pœnitentiam egissent: ergo auxilia, quæ vni non sunt efficacia, possunt alium, addito bono vsu arbitrij conuertere. Huic argumento sæpe sæpius respondsum est in his relectionibus. Et addere possumus cum Chrisostomo, quòd parabolæ & similitudines, seu exempla non semper sunt ad musim expendenda: ne aliquot sequantur absurda, considerandus est spiritus & finis. Iam finis fuit reprehendere singularem illam cordis duritiem Iudæorum.

Nonum argumẽtum. Tridentinum loquens de arbitrio præuento etiam per auxilium Dei efficax in iustificatione, ait posse dissentire, si velit: ergo non prædeterminatur. Respondemus verum quidem esse posse liberum arbitrium resistere, cum hoc tamen stat infallibilitas non resistentiæ.

Decimum argumentum. Secundæ Petri primo: Satagite, vt per bona opera vestram vocationem certam faciatis, & electionem: ergo nostri arbitrij est adiungere efficaciam, nec ad certitudinẽ & infallibilitatem est satis auxiliũ Dei. Respondemus hoc non dixisse D. Petrum, quasi Dei electio, & vocatio, vt est à Deo nõ sit efficax & certa: sed voluit monere Petrus ne in sola fide confisi de bonis operibus non curaremus. Fides enim sine operibus mortua est. Satagite igitur, vt certam vestram prædestinationẽ ex proposito Dei, faciatis certam quoad fructum eius: idest subiũgite certitudinis & infallibilitatis, certum & infallibilem effectum. Nã etsi certum sit vos cõsensuros, si tangamini efficaciter, libere tamen consentitis. *Obiect. 10.* *2. Petri. 1.*

Ex D. Leone Papa explicatur efficacia soluendo quoddam argumentum.

VNdecimum argumentum. Diuus Leo Papa sermone. 5. in quadragesima ait. Sic nos auctoris nostri extruxit *Obiecto. 11*

manus, vt cum opifice suo etiam is, qui reparatur operetur. Gratiæ igitur Dei obedientia se humana non subtrahat. Hæc Leo: ergo potest se subtrahere obedientia humana, etsi efficaci tangaris, requiriturque noster consensus ad efficaciam. Respondemus solita solutione, nimirum ingenue fatentes requiri nostrum consensum, vt fructum gratiæ Dei, possèque nos resistere, si velimus: necessarium nihilominus est nos consentire necessitate infallibilitatis, si efficaciter præueniamur. Nec oppositum insinuauit Leo. Sed dixit: gratiæ Dei humana obedientia non se subtrahat: requiritur igitur vt sequēs: nam obedire obsequi est. Imo sanctus Leo. Sermone 2. de passione Domini depingens conuersionē latronis, & principium, ex quo efficaciter prouenit, in hunc modum habet. Post illud ergo impium Iudæ detestandumq; commercium, quo ab eo, Iudæis persequentibus, mundi redemptor est traditus, post illas sacrilegas illusiones, inter quas vsque ad locum pœnæ, eius mansuetudo producta est: crucifixi sunt cum eo, statutis vtrinque patibulis, latrones duo, quorum vnus vsque ad id temporis, par similisque consorti, insidiator viarum, & saluti hominum semper infestus, vsque ad crucem reus, fit Christi repente confessor, & inter illos accerrimos corporis animiq; cruciatus, quos simul & instantia & difficultas mortis augebat, mira conuersione mutatus: memento, inquit, mei domine, dum veneris in regnum tuum. Quæ istam fidem exhortatio persuasit? Quæ doctrina imbuit? Quis prædicator accendit? Non viderat prius acta miracula, cessauerat tunc languētium curatio, cæcorum illuminatio, viuificatio mortuorum, ea ipsa, quæ mox erant gerenda non aderant, & tamen dominum confitetur & regem, quem videt suplicij sui esse consortē. Hæc Leo. Sed rogamus Leo fortissime & eloquentissime rogamus, vnde prouènit hæc conuersio & contritio latronis vnguibus tuis hunc nodū disrumpe, fuit

Leo Papa ex cōuersione latronis in cruce probat efficaciam.

Digitized by Google

fuit ne vterq; latro æquali donatus auxilio, aut ſuſcepto maiori, maius remāſit, ſurrexit autē alter ob vſum arbitrij qua tenus in hūc fieri debeat reſolutio, & ab hoc diſcretio? Reſpondeas quæſo, & ne patiaris animū noſtrū diutius teneri ſuſpenſum. Reſpondet Leo. Inde ergo oriebatur hoc donū, vnde accepit fides ipſa reſponſum. Ait enim Ieſus: Amen dico tibi hodie mecū eris in paradiſo. Similes ergo Latrones & pares in inſidiādis vijs, infeſtandis hominibus, diſſimiles fecit, & diſcreuit donū gratiæ à Chriſto collatū. Caiet. hoc c. ſuper Luc. ſuper verba illa: Domine memēto mei, ait: Vidē Spiritū ſanctū in animo Latronis operantē agnitionē domini Ieſu.

Duodecimum argumentum.

FRuſtra eſt potentia, quę non reuocantur ad actū: ergo, ſi cū auxilio ſufficiēti nūquā homo de facto cōuertitur, fruſtra erit talis virtus ſufficiens. Reſpōdemus verū eſſe antecedēs, quādo potētia nō tantū dat poſſe, ſed etiā operari, auferēdo omnia impedimēta. At quando tantū dat poſſe, nullū eſt inconueniens, quod non reuocetur ad actū. Nonne Adā per gratiā, quā recepit in ſtatu innocētiæ poterat perſeuerare, & tamen, abſq; dono perſeuerantiæ efficaci infallibile erat, nunquam fore reuocandam ad actum.

Decimū tertiū arg. Poſito poſsibili in actu nullū ſequitur inconueniens: ergo etſi demus prçuentū ſolo ſufficienti actu reſurgere, nullū ſequeretur inconueniens. Reſpondemus primo antecedens illud venire intelligendū de eo, quod eſt poſsibile per virtutē efficacē. Reſpondemus ſecūdo, quòd quando quod eſt in ſenſu diuiſo poſsibile, in ſenſu cōpoſito eſt infallibiliter impoſsibile, maximū ſequitur inconueniēs, ſi in actu conſtituatur. Nam à ſenſu diuiſo fit tranſitus ad compoſitum, quod non eſt abſq; fallacia. Simile argumentū habes infra ſolutum ex D. Tho.

Obiectio, 13

Quomodo apte intelligatur illa ſententia: Poſito poſsibili in actu nullū ſequitur inconuenies.

Decimum

Obiect. 14 Decimum quartum argumentum. Existente æquali auxilio potest vnus magis, alter minus intra limites vocationis respondere ex bono vsu liberi arbitrij: ergo etiam potest vnus respondere altero non respondente. Consequentia tenet ex illa regula: sicut se habet magis ad magis, & minus ad minus, ita simpliciter ad simpliciter. Antecedēs vero constat tū est R. primò ad formā argumēti negando cōsequentiā: quia vnum calidum potest intensius calefacere, quam aliud calidum sibi in calore æquale, & tamen nullum calidum potest non calefacere de facto, si actu applicetur. Hoc exemplum adduco ad labefactandam consequētiam. Noui enim non quadrare in omnibus. Respondemus secundo, quòd si argumentum aliquid valeret, possemus conuincere aduersarios hac lege, Sicut se habet magis ad magis, & minus ad minus: ita simpliciter ad simpliciter: sed potest, vt illi volūt, qui habet minus auxilium, quam alter, ex bono vsu arbitrij melius resurgere, imo & absolute resurgere, altero non resurgente: ergo etiam poterit sine aliquo auxilio. Nam sicut facultas sine vllo auxilio est improportionata absolute, ita facultas adjuta vt duo, est improportionata ad effectum vt tria: & quæ sine auxilio non potest, non poterit sine auxilio vt duo facere effectum vt duo. Respondemus tertio negando antecedens, quinimo, si vterque habuit auxiliū efficax, vt quatuor resurget infallibiliter vt quatuor.

Solutio redarguens aduersarios.

Obiectio ex Augst. soluitur. Decimum quintum argumentum. Augustin. de prædest. & gratia c. 15 loquens de Nabuchodonosore & Pharaone ait: medicamentum vnius medici vni ad salutem, alteri ad interitum confectum: ergo stante æquali auxilio ex parte Dei potest vnus resurgere altero non resurgente. Respondemus vnum & idem medicamentum salutare fuisse Nabuch. non ex vsu arbitrij, sed propter bonam dispositionem, quā Deus per sua auxilia in corde Nabuc. operatus fuerat, Pharaone indurato, quatenus Deus iuste talia auxilia denegauerat.

Deci-

Digitized by Google

Decimum sextum argumentum. D. Thom. 1. p. q. 62. ar. 2. ad. 2. affirmat opus iustificationis duplici titulo esse difficile hominibus, nempe quia superat facultatem arbitrij: & etiã propter impedimentum proueniens ex corruptione corporis & infectione peccati: ergo auxilia diuina duplici de causa nobis conferuntur: scilicet ad eleuandum liberum arbitrium, & etiam ad auferenda impedimenta. Hoc supposito, adest argumentum. Euenire potest, vt vnus homo plura habeat adiuncta impedimenta, aut certe de Angelo notum est non esse à Deo impeditum: igitur stante æquali auxilio homo, vel Angelus minus impeditus poterit resurgere, non resurgẽte eo, qui est magis impeditus. *Obiectio ex D. Thom.*

Respõdemus quod in conuersione est considerare improportionem naturaliũ ad gratiam, & indispositionem, ratione primi æqualis militat nec ne sitas: ratione secundi non ita: nam ratione status, & donorũm naturalium potest quis esse minus impeditus, & minus indispositus (nõ tamen magis dispositus) siquidem magis impeditus est, qui habet habitũ peccãdi, quã qui nõ, esto vterq; sit in peccato, sunt etiam aliqui, qui sortiti sunt bonam animam. Iam, si ista minor indispositio ex naturalibus proueniat, & non ex dono gratiæ: non dicit, vt sic infallibilem ordinem, ad gratiæ consecutionem, nisi assumantur & eleuentur ab efficaci motione Dei, vt authoris gratiæ: & ita semper verum est quod cum æquali auxilio non resurgit vnus pro naturalibus, siue pro vsu arbitrij, altero remanente, quinimo beneficiũ supernaturale maius illos discernit. *Solutiones obiectionis.*

Decimum septimum argumentum, D. Ambrosius super illud ad Romanos 9. Miserebor &c. Dicit. Misericordiam illi præparabo, quem scio post errorem toto corde reuersurum ad me: hoc est dare illi, cui dandum est: & nõ dare illi, cui non dandum est: vt eum vocet, quem sciat obedire: illũ vero non, quẽ sciat non obedire: ergo efficacia conuersiones nõ in motione auxilij, sed in ipsam præcognitã obedi- *Obiectio ex Ambrosio.*

tiam arbitrij noſtri reſoluenda. Hoc argumentum obijcit
Soluitur à D.Thomas. D.T.in diſpu.q.6.de prædeſti.ar.2.cui ſolutione ad 1. Reſpõ det affirmans dictũ Ambroſij non eſſe intelligendũ, quatenus perfecta cordis conuerſio ſit inclinãs voluntatẽ Dei ad dandã gratiã: ſed quod Deus datã gratiam ad hoc ordinat, vt aliquis accepta gratia perfectè conuertatur in Deũ: ac proinde cõſẽſus noſter fructꝰ eſt ex efficacia gratię ſecutus.

Decimũ octauum. Poſsibile eſt, quo poſito nullum ſequitur inconueniens: ſequitur autẽ, ſi ponatur, quod voluntas non velit hoc, ad quod Deus eam mouet: quia ſecũdũ hoc operatio Dei eſſet inefficax: non ergo eſt poſsibile voluntatẽ non velle hoc, ad quod Deus eam mouet: ergo neceſſe eſt, & non liberũ eam hoc velle, & per cõſequens, ſi damus efficaciã patitur neceſsitatem volũtas, & detrimentũ libertas. *D.Thomas.* Hoc argumentũ proponit in forma D. T. 1.2.q.10.ar.4. & eſt tertiũ in ordine, & diſſoluit his verbis. Ad 3. dicendũ, quod ſi Deus mouet volũtatem ad aliquid, impoſsibile eſt poni, quod voluntas ad illud non moueatur: non tamen eſt impoſsibile ſimpliciter: vnde non ſequitur, quod voluntas a Deo ex neceſsitate moueatur. Hec D.T. Iam ergo adeſt neceſsitas omnimoda, quæ irreconciliabilis eſt cum libertate, & infallibilitas, quæ abſq; aſperitate cũ libertate cohæret. Ex hac ſolutione diſſolues alias obiectiones. Nã quãdo obſtant contra diſinitionẽ ſuficientis: fruſtra eſt potentia, quę nõ reuocatur ad actũ. R. ſatis eſſe, vt nõ ſit fruſtra, quod abſolute poſsit: eſto ſit infallibile, non eſſe reuocandã. Rurſus quãdo obſtãt, poſſe arbitriũ eficaciter præuentum reſiſtere, ſi velit: dicito, poſſe abſolute, adhuc nihilominus eſt infallibile quod non reſiſtet.

Penultimã annecto obiectionẽ, non tã, vt obijciã, quã vt diſſoluã, vel diſſoluẽdo, quædã dicã. Eſt igitur argumẽtũ. Id ad quod naturaliter inclinatur volũtas, viribus arbitrij adquiri poteſt: ſed naturaliter inclinamur ad noſtrã perfectã beati-

beatitudinē: ergo bono vſu arbitrij adquiri poteſt, & ipſa & gratia, cum ſit medium perſe neceſſarium ad illam.

Pro ſolutione nota cum D.T.1.2.q.5.ar.8.& multis alijs in locis q.1. noſtrā perfectam beatitudinem (& idem dico de medijs neceſſarijs ad illā) poſſe ſumi formaliter, ſeu pronotione formali beatitudinis perfectę, nēpe perfecto bono: vel pro re, quæ eſt perfecta beatitudo. Rurſus res, quæ eſt beatitudo, nēpe viſio Dei duobus modis ſumi poteſt. Primo quatenus ad eā deſiderandā excitamur viſis efectibus naturalibus: non conſiderata Trinitate perſonarū, & alijs, quæ perſe ſpectāt ad ſupernaturale obiectū beatitudinis: vel quatenus hęc omnia includuntur. Certū igitur eſt rē, quæ eſt perfecta beatitudo hoc vltimo modo ſumpta, eſſe & quoad ſui deſideriū & adeptionē ſupernaturalē. Res autē, quæ eſt beatitudo primo modo ſūpta, & beatitudo formaliter, ſunt ſuperna turales quoad adeptionē, nō autē quoad deſideriū. Eſto in hoc differant quod ad beatitudinē naturaliter inclinamur ſicut ad primū principiū, & ita in hoc nullus errat. At ad viſionē Dei primo illo modo naturaliter inclinamur viſis effectis, & per conſequentiā, nō autē ita neceſſario determinamur ſicut ad notionē formalē beatitudinis, vt perfecti boni, vt conſtat ex D.T. loco citato ad 2. in ipſo etiā medio per ſe neceſſario ad beatitudinē eſt notare notionē formalē medij, & ita ſicut de beatitudine formaliter ſumpta ſentiendū eſt: & rē, quę eſt mediū, nēpe gratiā & charitatē, & ita eſt ſupernaturale quoad deſideriū, & adeptionē. Iā, ne hæc diſtinctio de naturali quoad deſideriū, nō autē quoad adoptionē, videatur ſine fundamento eſſe, nota cum. D. Thom. 1. 2. q. 5. artic. 5. ad. 2. Non eadem ratione eſſe phyloſophādum de creatura rationali, & de alijs creaturis, in deſiderio, & adeptione finium, ad quos naturaliter tendunt. Nam creatura rationis expers obſui imperfectionem tam imperfectum finē appetit, vt & naturaliter deſiderat & adquirat,

D.Thomas.

Quomodo noſtra beatitudo quoad deſideriū naturalis, & quoad adeptionē ſupernaturalis.

D.Thomas.

D.Thomas.

Creaturę rationalis ab alijs diſtinctio inconſequutione ſui finis.

ſoljusque naturæ auxilio media efficientia & efficacia habeat. At naturæ rationis compotis dignitas tanta eſt, & ad tam excellentem finem ordinata, vt ipſum deſiderare naturaliter poſsit, adipiſci vero, nequaquam, quia in adeptione omnino ſupernaturalis eſt. Nec ex eo putes parcā auaram, aut nouercam erga nos fuiſſe naturā. Satis quippe naturæ author ſuper nos ſuę bonitatis diuitias effudit largiendo rationē & arbitriū, quod eſt tanti finis capax & mediorū, capacitate, non naturali, ſed naturæ ſeu obedientiali. Quod, in quā, eleuari diuinis poſsit auxilijs ad tantū finē adipiſcēdū. Hinc homo erectis in cœlū luminibus animal eſt: quatenus à cœlo debet expectare auxiliū, & vorē ſicuti Hieruſalē, quæ eſt in monte, pro ſuo fine vltimo conſequendo, & ab eo effla gitare, vt addat quod deſideratur. Itaq; quando de creatura rationali agitur, nullius momenti ſunt iſtæ moleſtæ conſequentiæ. Deſideramus naturaliter finem: ergo naturaliter habemus neceſſaria ad illū: deſideramus naturaliter: ergo naturalē habemus capacitatē ad recipiendā finis poſſeſsionē, vel ad recipiēda media. Eſſent autē bonæ, ſi finis, & quo ad deſideriū, & quoad adeptionē eſſet naturalis. His adde quod etiā per nos poſſumus aliquo modo adquirere, quatenus auxilio Dei poſſumus. Nam, vt habet D. T. loco citato, quod per amicos poſſumus, per nos poſſu mus. Ex his patet ad obiectionē. Si tandem obijcias potentiæ actiuæ naturali correſpōdet naturalis paſsiua, reſpondeo hoc actioma verū eſſe de potentia naturali inductiua formæ, non autē de potentia deſideratiua, maxime in creatura rationali, quæ plus naturaliter deſiderare poteſt, quā recipere naturali potentia: habet tamen, etſi nō naturalē, capacitatē naturaliter: nā naturaliter habemus capacitatem obedientialem.

Naturę rationalis dignitas.

Quædā inanes cōſequētiæ.

D. Thomas.

Vltima obiectio. Cū omne animal moueat ſe ipſum per appetitum, alia tamen animalia ab homine, non habent liberam electionem, quia eorum appetitus à quodam exteriori

exteriori mouente mouetur, scilicet ex virtute corporis cælestis, vel ex actione alicuius corporis. Si ergo voluntas humana immobiliter mouetur à Deo, sequitur quod homo non habeat liberam electionem suorum actuum. Hoc argumentum proponit D. Thomas de malo. quæst 6. art. vnico & ad 3, respondet illi in hunc modum. Animalia bruta mouētur per instinctum superioris agētis ad aliquid determinatum secundum modum formæ particularis, cuius conceptionem sequitur appetitus sensitiuus. Sed Deus mouet quidem voluntatem immutabiliter propter efficaciam virtutis mouentis, quæ deficere non potest. Sed propter naturam voluntatis motæ, quæ indifferenter se habet ad diuersa, non inducitur necessitas, sed manet libertas. Sicut etiam in omnibus prouidentia diuina infallibiliter operatur, & tamen à causis cōtingentibus proueniunt effectus contingenter, in quantum Deus omnia mouet proportionabiliter, vnumquodque secundum suum modum. Hęc D. Thomæ art. præfato, vbi profundissime inuestigat, vnde proueniat in nostra voluntate indifferentia, & determinatio ad vnum in appetitu brutorum animantium aliarumq; rerum naturalium. Colligitur ergo ex D. Thoma ibi, quod inclinatio bruti sequitur formam apprehensam per sensum materiæ implicatum & per consequens ad vnum determinatum: at voluntas est appetitus vniuersalis sequens formā ratione apprehensam, possunt autem sub illa, cum sit vniuersalis vel vniuersaliter sumpta, multa comprehendi, cùm igitur actus seu electio sit in singularibus, in quibus nullum est, quod adæquet potentiam facultatis vniuersalis, remanet inclinatio voluntatis indifferens ad multa. Hinc si res apprehensa impleat capacitatem potentiæ vniuersalis, vt Deus clare visus, voluntas ad illam necessario determinatur. At in via, si locus datur (vt excipiam motus primo primos) nil apprehenditur ita vniuersaliter, vt impleat facultatem

D. Thomas.

luntariæ committit,& ita non immeritò ſibi imputatur ad culpam. Hæc D, Thomæ locis præfatis.

Auguſtin. Secundum argumentum eſt petitum ex Diuo Auguſtino de prædeſtinatione, & gratia capite 15. Vbi comparans Pharaonem cum Nabuchodonoſore affirmat: ambo quantùm ad naturam erant homines; quantùm ad dignitatem, Reges, quantùm ad cauſam, ambo Dei populum detinebant captiuum, quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit eſſe diuerſos? Niſi quòd vnus manum Dei ſentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit alter verò libero contra Dei miſericordiam pugnauit arbitrio: ergo ſentit Auguſtinus ex duobus illis Regibus æqualiter flagellatis, & adiutis reſurrexiſſe vnum altero non reſurgente.

Solutio. Reſpondetur primò affirmaſſe quidem Auguſtinum Pharaonem ex prauo vſu libertatis defeciſſe: tamen non aſſeruit Nabuchodonoſorem ſurrexiſſe ex bono vſu arbitrij, cum æqualitate auxilij. Imo ibidem Auguſtinus habet Nabuchodonoſori affuiſſe diuinum præſidium, vt conuerteretur. Pharaoni autem, vt indureretur, defuiſſe. Dum igitur Deus aliquid dedit Nabuchodonoſori, nempe cor carneum, illos diſcreuit.

Reſpondemus ſecundo, ibi Diuum Auguſtinum non inſtituiſſe accuratè expendere diuinorum auxiliorum æqualitatẽ, ſed arbitrij creati deffectibilitatem & miſeriam, quæ quanto auxilia minus inæqualia ſunt, tanto magis elucet. His adde, quod ſenſiſſe Nabuch. manum Dei donum Dei eſt, quod Pharao non habuit.

Auguſtin. Tertium argumentum deſſumitur etiam ex Auguſtino 12. de Ciuit. cap. 6. vbi introducit duos iuuenes æqualiter tam corpore quam animo affectos & etiam æqualiter tentatos, ex quibus, ait Auguſtinus, poteſt vnus deficere ex propria libertate altero non deficiente: igitur &c. Reſpo. pri-

po. primo inſtitutum Auguſtini illo in capite non eſſe accurate inueſtigare qualiter egeat diuinis auxilijs noſtrum arbitrium ad opera bona. Sed inſtituit inueſtigare radicem peccati, & docet liberum arbitrium non peccare, quia eſt bona quædam natura a Deo producta, ſed quia eſt ex nihilo. Reſpo. ſecundo quod Auguſtinus non introducit illos adoleſcentes adiutos æqualibus auxilijs ſupernaturalibus: ſed loquitur de æquali affectione intra limites naturæ. *Hieronym.*

Quartum argumentum. Hieronymus apud Iſaiam cap. 49. explicans ex perſona Chriſti verba illa in vacuum laboraui in hunc modum habet. Hęc vniuerſa dicuntur, vt liberum hominis arbitrium monſtraretur. Dei enim vocare eſt, & noſtrum credere. Nec ſtatim, ſi nos non credimus, impoſsibilis Deus eſt: ſed potentiam ſuam noſtro arbitrio derelinquit, vt iuſte voluntas præmium conſequatur: quia ergo noluerunt per me in te credere, iudiciũ meũ apud te eſt, quod omnia fecerim, quæ facere debui. Reſpon. Hieronymum eſſe intelligendum quatenus vocare eſt ſolius Dei: credere autẽ etiam noſtrũ, vt à Deo efficaci auxilio pręuẽti. Et nota dixiſſe Hieronymum. Si nos non credimus, Dei auxilium non eſt impotens, imo eſt ſufficiens.

Quintum argumentum. Initium ſalutis noſtræ Deo miſerante habemus, vt acquieſcamus ſalutiferæ inſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt: ergo &c. Antecedens habetur de Eccleſiaſticis Dogma. c. 21. Reſpon. ſicut præcedẽti argumẽto. *Auguſti.*

Sextum argumentum. Auguſtinus libro 5. ad ſimplici. quęſtione 2. habet. Vt velimus ſuum voluit eſſe & noſtrũ: ſuum vocando, & noſtrum ſequendo: ergo &c. Reſpondemus Auguſtinum pro nobis facere: nam ait expreſſe noſtrũ conſenſum eſſe fructũ & effectũ vocationis Dei: dicitur nihilominus noſtrũ, quia libere cooperamur. Eadẽ ratione intelligendus eſt capite 34. cùm dicit. In omnibus miſericordia eius præuenit nos: conſentire enim vocationi

Dei: vel ab ea dissentire, sicut dixi, propriæ voluntatis est: ita vt dissensus sit omninò noster: consensus autem & no-ster, & Dei modo dicto.

D. Prosper. Septimum argumentum Prosper. 2. de vocatione Gentium cap. 9. cùm eleganter excitantem gratiam describisset, qua Deus cor illuminat, & fidei afectionibus imbuit, subijcit. Sed etiam voluntas subiungitur ei, atque conjungitur, quæ ad hoc prædictis est excitata præsidijs, vt diuino in se cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritū, quòd superno semine concepit ad studium, de sua habens mutabilitatem, si deficit: de gratiæ opitulatione, si proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos, siue occultos, siue manifestos omnibus adhibetur, & quòd à multis refutatur ipsorum est nequitia: quod à multis susçipitur, & gratiæ diuinæ

Trivialis solutio. & bona. & voluntatis humanæ. Respondemus, totam hanc doctrinam pro nobis facere, & vt vno verbo concludam huic & similibus Patrum authoritatibus facile respondebis dicendo, illos tantum instituisse notare quòd cum efficaci virtute gratiæ diuinæ cohæreat apte noster liber consensus. Obseruare etiam oportet in legendis Patribus, quodnam sit illorum institutum: nam quando deffendunt arbitrium, multa tacent eorum, quæ norant indigentiam auxiliorum diuinorum: quando verò de miserijs & deffectibus nostræ libertatis loquuntur, multa dicunt de diuinorum auxiliorum necessitate. Attendenda est etiam Rhetorica, quæ pro rei argumento tropis & figuris auget, vel minuit. Nec potest ex Rhetore, sicut ex Analytico ita austerum sumi argumentum: sed purgandus est Rhetor per farmaca Dialectica, & scholasticam Theologiam, vt tutius susçipiatur.

Math. 11. Octauum argumentum. Mathæ. 11. Ve tibi Corozaim, ve tibi Betzayda, quia si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ in te factæ sunt, olim in cilicio & ci-

& cinere pœnitentiam egissent: ergo auxilia, quæ vni non sunt efficacia, possunt alium, addito bono vsu arbitrij conuertere. Huic argumento sæpe sæpius responsum est in his relectionibus. Et addere possumus cum Chrisostomo, quòd parabolæ & similitudines, seu exempla non semper sunt ad musim expendenda: ne aliquot sequantur absurda, considerandus est spiritus & finis. Iam finis fuit reprehendere singularem illam cordis duritiem Iudæorum.

Nonum argumẽtum. Tridentinum loquens de arbitrio præuento etiam per auxilium Dei efficax in iustificatione, ait posse dissentire, si velit: ergo non prædeterminatur. Respondemus verum quidem esse posse liberum arbitrium resistere, cum hoc tamen stat infallibilitas non resistentiæ.

Decimum argumentum. Secundæ Petri primo: Satagite, vt per bona opera vestram vocationem certam faciatis, & electionem: ergo nostri arbitrij est adiungere efficaciam, nec ad certitudinẽ & infallibilitatem est satis auxiliũ Dei. Respondemus hoc non dixisse D. Petrum, quasi Dei electio, & vocatio, vt est à Deo nõ sit efficax & certa: sed voluit monere Petrus ne in sola fide confisi de bonis operibus non curaremus. Fides enim sine operibus mortua est. Satagite igitur, vt certam vestram prædestinationẽ ex proposito Dei, faciatis certam quoad fructum eius: idest subiũgite certitudinis & infallibilitatis, certum & infallibilem effectum. Nã etsi certum sit vos cõsensuros, si tangamini efficaciter, libere tamen consentitis. *Obiect. 10.* *2. Petri. 1.*

Ex D. Leone Papa explicatur efficacia soluendo quoddam argumentum.

VNdecimum argumentum. Diuus Leo Papa sermone. 5. in quadragesima ait. Sic nos auctoris nostri extruxit *Obiecto. 11*

Digitized by Google

manus, vt cum opifice suo etiam is, qui reparatur operetur. Gratiæ igitur Dei obedientia se humana non subtrahat. Hæc Leo: ergo potest se subtrahere obedientia humana, etsi efficaci tangaris, requiriturque noster consensus ad efficaciam. Respondemus solita solutione, nimirum ingenue fatentes requiri nostrum consensum, vt fructum gratiæ Dei, possęque nos resistere, si velimus: necessarium nihilominus est nos consentire necessitate infallibilitatis, si efficaciter præueniamur. Nec oppositum insinuauit Leo. Sed dixit: gratiæ Dei humana obedientia non se subtrahat: requiritur igitur vt sequēs: nam obedire obsequi est. Imo sanctus Leo. Sermone 2. de passione Domini depingens conuersionē latronis, & principium, ex quo efficaciter prouenit, in hunc modum habet. Post illud ergo impium Iudæ detestandum q; commercium, quo ab eo, Iudæis persequentibus, mundi redemptor est traditus, post illas sacrilegas illusiones, inter quas vsque ad locum pœnæ, eius mansuetudo producta est: crucifixi sunt cum eo, statutis vtrinque patibulis, latrones duo, quorum vnus vsque ad id temporis, par similisque consorti, insidiator viarum, & saluti hominum semper infestus, vsque ad crucem reus, fit Christi repente confessor, & inter illos accerrimos corporis animiq; cruciatus, quos simul & instantia & difficultas mortis augebat, mira conuersione mutatus: memento, inquit, mei domine, dum veneris in regnum tuum. Quæ istam fidem exhortatio persuasit? Quæ doctrina imbuit? Quis prædicator accendit? Non viderat prius acta miracula, cessauerat tunc languētium curatio, cæcorum illuminatio, viuificatio mortuorum, ea ipsa, quæ mox erant gerenda non aderant, & tamen dominum confitetur & regem, quem videt suplicij sui esse consortē. Hæc Leo. Sed rogamus Leo fortissime & eloquentissime rogamus, vnde prouènit hæc conuersio & contritio latronis vnguibus tuis hunc nodū disrumpe,

Leo Papa ex cōuersione latronis in cruce probat efficaciam.

fuit

fuit ne vterq; latro æquali donatus auxilio, aut ſuſcepto maiori, malus remāſit, ſurrexit autē alter ob vſum arbitrij qua tenus in hūc fieri debeat reſolutio, & ab hoc diſcretio? Reſpondeas quæſo, & ne patiaris animū noſtrū diutius teneri ſuſpenſum. Reſpondet Leo. Inde ergo oriebatur hoc donū, vnde accepit fides ipſa reſponſum. Ait enim Ieſus: Amen dico tibi hodie mecū eris in paradiſo. Similes ergo Latrones & pares in inſidiādis vijs, infeſtandis hominibus, diſſimiles fecit, & diſcreuit donū gratiæ à Chriſto collatū. Caiet. hoc c. ſuper Luc. ſuper verba illa: Domine memēto mei, ait: Vidē Spiritū ſanctū in animo Latronis operantē agnitionē domini Ieſu.

Duodecimum argumentum.

FRuſtra eſt potentia, quę non reuocantur ad actū: ergo, ſi cū auxilio ſufficiēti nūquā homo de facto cōuertitur, fruſtra erit talis virtus ſufficiens. Reſpōdemus verū eſſe antecedēs, quādo potētia nō tantū dat poſſe, ſed etiā operari, auferēdo omnia impedimēta. At quando tantū dat poſſe, nullū eſt incōueniens, quod non reuocetur ad actū. Nonne Adā per gratiā, quā recepit in ſtatu innocētiæ poterat perſeuerare, & tamen, abſq; dono perſeuerantiæ efficaci infallibile erat, nunquam fore reuocandam ad actum.

Decimū tertiū arg. Poſito poſsibili in actu nullū ſequitur ineōueniens: ergo etſi demus pręuentū ſolo ſufficienti actu reſurgere, nullū ſequeretur inconueniens. Reſpondemus primo antecedens illud venire intelligendū de eo, quod eſt poſsibile per virtutē efficacē. Reſpondemus ſecūdo, quòd quando quod eſt in ſenſu diuiſo poſsibile, in ſenſu cōpoſito eſt infallibiliter impoſsibile, maximū ſequitur inconueniēs, ſi in actu conſtituatur. Nam à ſenſu diuiſo fit tranſitus ad compoſitum, quod non eſt abſq; fallacia. Simile argumentū habes infra ſolutum ex D. Tho.

Obiectio, 13

Quomodo apte intelligatur illa ſententia: Poſito poſsibili in actu nullū ſequitur inconuenies.

Decimum

Obiect. 14. Decimum quartum argumentum. Existente æquali auxilio potest vnus magis, alter minus **intra** limites vocationis respondere ex bono vsu liberi arbitrij: ergo etiam potest vnus respondere altero non respondente. Consequentia tenet ex illa regula: sicut se habet magis ad magis, & minus ad minus, ita simpliciter ad simpliciter. Antecedēs vero constitutū est R. primò ad formā argumēti negando cōsequentiā: quia vnum calidum potest intensius calefacere, quam aliud calidum sibi in calore æquale, & tamen nullum calidum potest non calefacere de facto, si actu applicetur. Hoc exemplum adduco ad labefactandam consequētiam. Noui enim non quadrare in omnibus. Respondemus secundo, quòd si argumentum aliquid valeret, possemus conuincere aduersarios hac lege, Sicut se habet magis ad magis, & minus ad minus: ita simpliciter ad simpliciter: sed potest, vt illi volūt, qui habet minus auxilium, quam alter, ex bono vsu arbitrij melius resurgere, imo & absolute resurgere, altero non resurgente: ergo etiam poterit sine aliquo auxilio. Nam sicut facultas sine vllo auxilio est improportionata absolute, ita facultas adjuta vt duo, est improportionata ad effectum vt tria: & quæ sine auxilio non potest, non poterit sine auxilio vt duo facere effectum vt duo. Respondemus tertio negando antecedens, quinimo, si vterque habuit auxiliū efficax, vt quatuor resurget infallibiliter vt quatuor.

Solutio redarguens aduersarios.

Obiectio ex August. soluitur. Decimum quintum argumentum. August. de prædest. & gratia c. 15 loquens de Nabuchodonosore & Pharaone ait: medicamentum vnius medici vni ad salutem, alteri ad interitum confectum: ergo stante æquali auxilio ex parte Dei potest vnus resurgere altero non resurgente. Respondemus vnum & idem medicamentum salutare fuisse Nabuch. non ex vsu arbitrij, sed propter bonam dispositionem, quā Deus per sua auxilia in corde Nabuc. operatus fuerat, Pharaone indurato, quatenus Deus iuste talia auxilia denegauerat.

Deci-

Digitized by Google

Decimum ſextum argumentum. D. Thom. 1. p. q. 62. ar. 2. ad. 2. affirmat opus iuſtificationis duplici titulo eſſe difficile hominibus, nempe quia ſuperat facultatem arbitrij: & etiã propter impedimentum proueniens ex corruptione corporis & infectione peccati: ergo auxilia diuina duplici de cauſa nobis conferuntur: ſcilicet ad eleuandum liberum arbitrium, & etiam ad auferenda impedimenta. Hoc ſuppoſito, adeſt argumentum. Euenire poteſt, vt vnus homo plura habeat adiũcta impedimenta, aut certe de Angelo notum eſt non eſſe à Deo impeditum: igitur ſtante æquali auxilio homo, vel Angelus minus impeditus poterit reſurgere, non reſurgẽte eo, qui eſt magis impeditus. *Obiectio ex D. Thom.*

Reſpõdemus quod in conuerſione eſt conſiderare improportionem naturaliũ ad gratiam, & indiſpoſitionem, ratione primi æqualis militat neceſſitas: ratione ſecundi non ita: nam ratione ſtatus, & donorũm naturalium poteſt quis eſſe minus impeditus, & minus indiſpoſitus (nõ tamen magis diſpoſitus) ſiquidem magis impeditus eſt, qui habet habitũ peccãdi, quã qui nõ, eſto vterq; ſit in peccato, ſunt etiam aliqui, qui ſortiti ſunt bonam animam. Iam, ſi iſta minor indiſpoſitio ex naturalibus proueniat, & non ex dono gratiæ: non dicit, vt ſic infallibilem ordinem, ad gratiæ conſecutionem, niſi aſſumantur & eleuentur ab efficaci motione Dei, vt authoris gratiæ: & ita ſemper verum eſt quod cum æquali auxilio non reſurgit vnus pro naturalibus, ſiue pro vſu arbitrij, altero remanẽte, quinimo beneficiũ ſupernaturale maius illos diſcernit. *Solutiones obiectionis.*

Decimum ſeptimum argumentum, D. Ambroſius ſuper illud ad Romanos 9. Miſerebor &c. Dicit. Miſericordiam illi præparabo, quem ſcio poſt errorem toto corde reuerſurum ad me: hoc eſt dare illi, cui dandum eſt: & nõ dare illi, cui non dandum eſt: vt eum vocet, quem ſciat obedire: illũ vero non, quẽ ſciat non obedire: ergo efficacia conuerſiones nõ in motione auxilij, ſed in ipſam præcognitã obedi- *Obiectio ex Ambroſio.*

tiam arbitrij noſtri reſoluenda. Hoc argumentum obijcit
Soluitur à D.Thomas. D.T.in diſpu.q.6.de prædeſti.ar.2.cui ſolutione ad 1. Reſpõ det affirmans dictũ Ambroſij non eſſe intelligendũ,quatenus perfecta cordis conuerſio ſit inclinãs voluntatẽ Dei ad dandã gratiã:ſed quod Deus datã gratiam ad hoc ordinat, vt aliquis accepta gratia perfectè conuertatur in Deũ: ac proinde cõſẽſus noſter fructꝰ eſt ex efficacia gratię ſecutus.

Decimũ octauum.Poſsibile eſt,quo poſito nullum ſequi tur inconueniens:ſequitur autẽ,ſi ponatur, quod voluntas non velit hoc,ad quod Deus eam mouet: quia ſecũdũ hoc operatio Dei eſſet inefficax:non ergo eſt poſsibile voluntatẽ non velle hoc,ad quod Deus eam mouet: ergo neceſſe eſt,& non liberũ eam hoc velle,& per cõſequens, ſi damus efficaciã patitur neceſsitatem volũtas,& detrimentũ liber-
D.Thomas. tas.Hoc argumentũ proponit in forma D. T. 1. 2.q.10.ar.4. & eſt tertiũ in ordine,& diſſoluit his verbis.Ad 3.dicendũ, quod ſi Deus mouet volũtatem ad aliquid, impoſsibile eſt poni,quod voluntas ad illud non moueatur: non tamen eſt impoſsibile ſimpliciter:vnde non ſequitur, quod voluntas à Deo ex neceſsitate moueatur. Hec D.T. Iam ergo adeſt neceſsitas omnimoda,quæ irreconciliabilis eſt cum libertate,& infallibilitas,quæ abſq; aſperitate cũ libertate cohæret.Ex hac ſolutione diſſolues alias obiectiones. Nã quãdo obſtant contra diſinitionẽ ſuficientis: fruſtra eſt potentia, quę nõ reuocatur ad actũ.R.ſatis eſſe,vt nõ ſit fruſtra,quod abſolute poſsit:eſto ſit infallibile,non eſſe reuocandã.Rurſus quãdo obſtãt,poſſe arbitriũ eficaciter præuentum reſiſtere,ſi velit:dicito,poſſe abſolute,adhuc nihilominus eſt infallibile quod non reſiſtet.

Penultimã annecto obiectionẽ,non tã,vt obijciã, quã vt diſſoluã,vel diſſoluẽdo,quædã dicã. Eſt igitur argumẽtũ.Id ad quod naturaliter inclinatur volũtas, viribus arbitrij ad quiri poteſt: ſed naturaliter inclinamur ad noſtrã perfectã beati-

beatitudinē: ergo bono vsu arbitrij adquiri poteſt, & ipſa & gratia, cum ſit medium perſe neceſſarium ad illam.

Pro ſolutione nota cum D.T.1.2.q.5.ar.8.& multis alijs in locis q.1. noſtrā perfectam beatitudinem (& idem dico de medijs neceſſarijs ad illā) poſſe ſumi formaliter, ſeu pronotione formali beatitudinis perfectę, nēpe perfecto bono: vel pro re, quæ eſt perfecta beatitudo. Rurſus res, quæ eſt beatitudo, nēpe viſio Dei duobus modis ſumi poteſt. Primo quatenus ad eā deſiderandā excitamur viſis efectibus naturalibus: non conſiderata Trinitate perſonarū, & alijs, quæ perſe ſpectāt ad ſupernaturale obiectū beatitudinis: vel quatenus hęc omnia includuntur. Certū igitur eſt rē, quæ eſt perfecta beatitudo hoc vltimo modo ſumpta, eſſe & quoad ſui deſideriū & adeptionē ſupernaturalē. Res autē, quæ eſt beatitudo primo modo ſūpta, & beatitudo formaliter, ſunt ſuperna turales quoad adeptionē, nō autē quoad deſideriū. Eſto in hoc differant quod ad beatitudinē naturaliter inclinamur ſicut ad primū principiū, & ita in hoc nullus errat. At ad viſionē Dei primo illo modo naturaliter inclinamur viſis effectis, & per conſequentiā, nō autē ita neceſſario determinamur ſicut ad notionē formalē beatitudinis, vt perfecti boni, vt conſtat ex D.T. loco citato ad 2. in ipſo etiā medio perſe neceſſario ad beatitudinē eſt notare notionē formalē medij, & ita ſicut de beatitudine formaliter ſumpta ſentiendū eſt: & rē, quę eſt mediū, nēpe gratiā & charitatē, & ita eſt ſupernaturale quoad deſideriū, & adeptionē. Iā, ne hæc diſtinctio de naturali quoad deſideriū, nō autē quoad adoptionē, videatur ſine fundamento eſſe, nota cum D. Thom. 1. 2. q. 5. artic. 5. ad. 2. Non eadem ratione eſſe phyloſophādum de creatura rationali, & de alijs creaturis, in deſiderio, & adeptione finium, ad quos naturaliter tendunt. Nam creatura rationis expers obſui imperfectionem tam imperfectum ſinē appetit, vt & naturaliter deſiderat & adquirat,

D.Thomas.

Quomodo noſtra beatitudo quoad deſideriū naturalis, & quoad adeptionē ſupernaturalis.

D.Thomas.

D.Thomas.

Creaturę rationalis ab alijs diſtinctio inconſequutione ſui finis.

exteriori mouente mouetur, scilicet ex virtute corporis cælestis, vel ex actione alicuius corporis. Si ergo voluntas humana immobiliter mouetur à Deo, sequitur quod homo non habeat liberam electionem suorum actuum. Hoc argumentum proponit D. Thomas de malo. quæst. 6. art. vnico & ad 3, respondet illi in hunc modum. Animalia bruta mouētur per instinctum superioris agētis ad aliquid determinatum secundum modum formæ particularis, cuius conceptionem sequitur appetitus sensitiuus. Sed Deus mouet quidem voluntatem immutabiliter propter efficaciam virtutis mouentis, quæ deficere non potest. Sed propter naturam voluntatis motæ, quæ indifferenter se habet ad diuersa, non inducitur necessitas, sed manet libertas. Sicut etiam in omnibus prouidentia diuina infallibiliter operatur, & tamen à causis cōtingentibus proueniunt effectus contingenter, in quantum Deus omnia mouet proportionabiliter, vnumquodque secundum suum modum. Hęc D. Thomæ art. præfato, vbi profundissime inuestigat, vnde proueniat in nostra voluntate indifferentia, & determinatio ad vnum in appetitu brutorum animantium aliarumq; rerum naturalium. Colligitur ergo ex D. Thoma ibi, quod inclinatio bruti sequitur formam apprehensam per sensum materiæ implicatum & per consequens ad vnum determinatum: at voluntas est appetitus vniuersalis sequens formā ratione apprehensam, possunt autem sub illa, cum sit vniuersalis vel vniuersaliter sumpta, multa comprehendi, cùm igitur actus seu electio sit in singularibus, in quibus nullum est, quod adæquet potentiam facultatis vniuersalis, remanet inclinatio voluntatis indifferens ad multa. Hinc si res apprehensa impleat capacitatem potentiæ vniuersalis, vt Deus clare visus, voluntas ad illam necessario determinatur. At in via, si locus datur (vt excipiam motus primo primos) nil apprehenditur ita vniuersaliter, vt impleat facultatem

D. Thomas.

finem quandoque perdicitur, quandoque vero non. Et ideo homo non dicitur liber esse suarum actionum; sed liber electionis, quæ est iudicium de agendis. Et hoc ipsum nomen liberi arbitrij demonstrat. Secundo R. non esse in homine viam eius, nec viri, vt ambulet, & dirigat gressus suos, intelligendum esse de operibus nostris, vt meritoria sunt vitæ æternæ: nam ita, excedunt facultatem naturalem arbitrij, & requirunt gratiam. Et idem dicito de nostris actionibus, vt disponunt ad gratiam, excedunt enim facultatem naturalē arbitrij, ac proinde requirunt auxilium gratię efficax. Obserua obsecro discrimen illud inter esse liberū suarum actionum, & esse liberum electionis Quidam in hac materia dure audiunt, quod possit homo Deo resistere; esto, possit dissentire: legant nihilominus actorum. 7. Vos semper Spiritui Sancto resistitis. In sensu itaque cōposito non potest tactus efficaci resistere: potest autem in sensu diuiso. Etiam nota, quod quando adduco alicuius Patris authoritatem, multas interea annecto ex propria mente consequentias, deductas ex authoritate, non enim diligo impostura.

Iam si Scopum non attigi pie Lector in hac mea Relectione, si difficultatis nodus adhuc obstringit, si dubitas semper quomodo cum efficacia præuia auxilij diuini concilietur libertas nostra, adiungam verba Diui Chrisostomi homilia vigesimaquarta in Ioannem, vbi dubitantem Nicodemum de regeneratione per aquam & spiritum his verbis increpat. Si interroges quo modo ex aqua, rursus ego, illum, quo modo ex terra? Quomodo in hominis creatione lutum in aliam transiuit naturam? Quo modo vnius speciei subiectum (terra enim sola erat) varia & diuersa effinxit? Vnde ossa, nerui, arteriæ, venæ? Vnde membrana, & vasa organica? Vnde hepar, splen, cor? Vnde cutis, sanguis, phlegma, cholera? *D. Chrisost.*

cholera? Vnde tot operationes, tot colores; hæc enim non terræ sunt neq; luti? Quo modo terra accepto semine germinat, caro acceptum corrumpit? Quomodo terra commissa nutrit, caro his nutritur, non nutrit? Terra collecta aqua vinum facit, caro id sæpe numero acceptum in aquã vertit. Vnde igitur caro ex terra est, cum contrariam terræ operationem ostendat. Sane ratione inuenire non possumus: fide autem possumus. Quod si quę quotidie videmus, & tangimus, fide indigent, quanto magis arcana illa & spiritualia. Noli igitur, quoniam hæc non vides, diffidere neque enim animam vides, tamen animam esse, & eam te habere & aliquid præter corpus esse non dubitas. Suscepimus de manu Domini duplicia, non vt nonnulli opinabantur: nec ita simplicia, vt alij videntur affirmare: sed duplicia, dum donum & bonum vsum dõni efficaciter donat. Conclude igitur vna cum Ecclesia orando Dominica 6. post Pente. in Oratione secreta. Propitiare Domine supplicationibus nostris, & has populi tui oblationes benignus assume, & vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, præsta quæsumus, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur.

(?)

Omnia submitto correctioni Ecclesiæ Romanæ, à qua & si certus sim me non recessisse intentione, vel formali volito: tamen an ignorantia me, quasi materialiter, fecerit discrepare, haud scio. In inferendo, ex Consiliis, ex Inquisitione, ex Scriptura, non taxo: sed nudam consequentiã, vt Dialecticus Theologus, & Doctor non satis doctus, absque censura profero.

INDEX

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS SENTENTIARVM, QVÆ CONTINENTVR IN VTRAQVE RELECTIONE.

A

ACTIONES Dei, seu quasi actiones in nobis receptæ etiam vt sunt à Deo, sunt sub certa specie seu genere. Fol. 47.

Actio formaliter transiens quo modo detur in Deo. 47. pag 2.

Actio creandi, iam ab æterno existens in Deo, non ab æterno ipsum denominat creantem. f. 47. p. 2.

Actio eadem sub diuersa ratione concurrit dispositiue, & præcipuè ad effectum. f. 51. p. 2.

Actio instrumenti, & causæ præcipuę quando omnino differant, ibidem.

Accidens migrare ne possit de subiecto in subiectū. f. 51.

Aplicatio causæ secundæ non fit per actionem transeuntem, vt in passo receptam. f. 51.

Arbitrium nostrum quomodo salua libertate subordinetur Deo. f. 30. p. 2. f. 112. p. 2.

Arbitrium Dei nec ab increata bonitate prædeterminatur. f. 31.

Arbitrium nostrum non alicuius entitatis auctor, sed administrator est, dum consentit. f. 42.

Arbitrij nostri duplex improportio ad consensum supernaturalem. 67. & 68.

Arbitrij sui potestate delectatus nimium peccauit Dæmon. f. 84.

Digitized by Google

Index

Arbitrium naturæ integræ poteſtatem habet ad non apponendum impedimentum gratiæ, modo verò non ita. f.112.p.2.

Auxilium efficax quomodo non relinquat facultatem omnino indifferentem.f.49.p.2.

Auxilij efficacis prædeterminatio non tantum per prioritatem ſubordinationis explicanda eſt.f.49.& 50.

Auxilium non eſt ſola Dei actio increata.f.55.p.2.

Auxilium quid.f.56.

Auxilij diuiſiones variæ.f.57.

Auxilium efficax quid: quid ſufficiens.f.57. & ſe. & f. 62. p.1.& 2.

Auxilium efficax duplex.f.65.

Auxilium apte appellatur efficax.f.80.

Auxilium aliunde dicitur cooperans, & aliunde auxiliũ. f.56.p.2,

Auxilium in ratione cuiuſdam facultatis non datur, ſed in ratione qualitatis diſponentis.f.52.

Auxilium efficax & ſufficiens quid faciant, & quomodo differant.f.58.p.2.

Auxilium ſufficiens nemini negat Deus.f.59.p.2.

Auxilium duplex ex Diuo Thoma,f.102.

Auxilij diuini celeritas deſcribitur.f.100.

Auxilium Dei non auxiliatur noſter conſenſus, vel cooperatio.f.56.f.64.p.2.

Auxilium diuinum prædeterminat vt cauſa perficiens, non vt miniſterialis.f.64.

Auxilium idæale eſt ratio cognoſcendi in Deo.f.30.

Ad menſuram auxilij datur poſſe.f.59.

Auxilio æquali ſtante non reſurgit vnus pro bono vſu ſui arbitrij, altero remanente.folio. 67.pag.2.&. folio 82. pagina.2.

Beatitudo

Sententiarum.

B

Beatitudo noſtra quomodo quad deſiderium ſit naturalis,& quod adeptionem ſupernaturalis.f.1118.

Bonitas diuina etſi immenſum motiuum ſit, non eſt impedimento, quo minus Deus libere nos amet, quinimò liberior ex eo eſt amor diuinus.f.31.p.1.& 2.

Bonum aliquod morale ſine præuia determinatione ſpeciali fieri poteſt à nobis.f.54.p.2.

C

Cauſa ſecunda ſemper eſt inſtrumentum Dei ad producendum eſſe.f.50.

Cauſa ſecunda omnis prius natura quam agat, mouetur à Deo.f.48,p.2.

Cauſæ ſecundæ non omnes ſunt ſimpliciter inſtrumentum primæ.f.50.p.2,

Cauſa neceſſaria non requirit præuiam applicationem, quæ determinet indifferentiam.f.52.

Chriſtus & ex viſione Dei, & etiam ex vnione hypoſtatica infallibiliter determinabatur ad implenda præcepta. f.39.p.1.& 2.

Chorus antiquiſsimus in Eccleſia Dei.f.23.

Comprehenſio quid & quotuplex.f.44.

Contingentiæ triplex radix.f.2.p.2.

Contingentiæ prima radix efficax Dei voluntas.f.2.p.2. & f.27.

Concurſus ſimultaneus non dicitur cum rigore ſpeciale auxilium.f.49.

Coniecturalis cognitio nec eminenter inuenitur in Deo.f.13.

Contritio ſacrificium ſine patre, ſine matre, ſine genealogia.f.84.p.2.

Congruentia quæ non admittatur.f.78.p.2.
Charitas augeri potest in infinitum.f.108.p.2.

D

Decretum conditionatum quomodo non detur in Deo. f.11.p.1.
Dæmon peccauit contra Spiritum Sanctum spernens auxiliorum Dei efficaciam f.103.p.2.
Deus quomodo omnia noscat in se.f.28.
Deus quomodo cognoscat mala.f.29.
Deus quomodo nos liberrime amet.f.13.
Deus quomodo mediate, vel immediate cõcurrat.f.48.
Deus concurrit cum causis secundis non tantùm dando esse, & virtutem, seu applicando, & cõcurrendo cum ipsis f.46.p.2.
Deus non est causa partialis, sicut nec pars.f.47. & f. 56. p.2. & f.64.p.2.
Deus quomodo cognoscat scientia visionis infinita, & quomodo non.f.12.p.2.
Deus non tantùm eminet scientia, sed potestate.f.16.
Donum non esset Dei facilius refugere, si non inest in auxilio Dei efficacia.f.96.

E

Efficaciam à sufficientia quomodo distinguat Ricardus. f.59.
Efficacia exponitur à Magistro Raymundo Pasqual Barchinonensi.f.70.
Efficacia auxiliorum per Scripturã probatur.f.82. & seq.
Efficacia auxiliorum ex orationibus, quas fundit Ecclesia probatur.f.81.
Efficacia respectiua non placet, sed absoluta.63.p.2.
Efficaciæ suauitas mirificè panditur.f.77.

Effica-

Sententiarum.

Efficacia eſt aſsiſtentia auxilij diuini dans bonum vſum doni accepti.f.69. eſto in illo codice non bene apponatur numerus.

Efficaciam auxilij Dei ſpernere peccatum videtur contra Spiritum Sanctum.f.105.

Efficaciam contemnere videtur quod vitulum conflatilem adorare.

Efficacia quidam modus ſufficientiæ eſt.f.101 p.2.

Efficacia auxilij omnino ab vſu arbitrij independens. f.78.p.2.

F

FVtura quomodo æternitati præſentia f.7.

Futuritio duplex,poſsibilis,& futura.f.2.

Futuritio poſsibilis non facit rem obiectum viſionis..f.2.

Futurum quod appellant conditionatum ſimplicis intelligentiæ ſcientia noſcitur.f.3 p.2.

Futurum contingens non dat alteram ex contradicentibus determinatè verum.f.4.

Futurum,Præſens,Præteritum,Poſsibile quid ſint.f.1.

G

GRammatici habent præteritum perfectum, & imperfectum;futurum perfectum., & imperfectum :ſed nec imperfecta præteritio trahit rem extra ordinem futurorum vel poſsibilium,nec futuritio imperfecta.f.26.

H

HOmo poſt peccatum maius auxilium accepit.f.102.

Hominis arbitrium non ex humana, ſed ex diuina virtute fit potentius.ita D.Thomas.f.101.p.2.

I

Index

IMmutatio qua causa secunda à Deo mouetur, non semper est qualitas. f. 50. p. 2.

Indiferentia libertatis actiua est. f. 52.

Infallibilis prædeterminatio quid? f. 53.

Instrumenti, & causæ præcipuæ, quando eadem actio. f. 51. & seq.

Inquisitio sancta probat efficaciam. f. 82. p. 2.

L

LIbertas nostra vnde habet, vt ad malum circumuenìri posit. f. 35.

De sola libertate dicitur, quod Deus facit, vt faciat. fol. 42. p. 2.

Libertas cum præueniente efficacia conciliatur. f. 75.

Libertas quomodo ex non liberis sequatur. f. 75.

Libertatis ius catholicè exponitur. f. 46.

Libertatis diffinitio quomodo intelligenda. f. 59.

M

MAcabei vnde dicti, eorum in vexillis tessera similis tesseræ D. Michaelis pugnantis contra tumentem Dæmonis libertatem. f. 106. p. 2.

Mala actio moralis non prædeterminatur à Deo. f. 54. p. 2. & seq.

Mundus quomodo potuit esse ab æterno. f. 7.

Mundum posse ab æterno creari, & Deum posse mundum ab æterno creare, maxime differunt, ibidem & f. 9.

N

NEcessitas consequentis, & consequentiæ: rursus illa duplex. f. 24. & 40. p. 2.

Necessitas quædam consequentis non tollit libertatem. f. 41. & f. 33. p. 2. & f. 63.

Peccatum

Sententiarum

P

Peccatum in Spiritum ſanctum quare irremiſsibile.fol.105.
Perſeuerantiæ donum quid.fo. 69p. 2. Eſto non bene ſit appoſitus numerus.
Prædeterminatio aliqua voluntati non ſubiacens, quoad ſuum recipi, non impedit libertatem.fol.53.
Prædeterminationis certitudo abſoluta eſt.fol.61.
Prædeterminatio cum libertate a D.T.ſtatuitur.fol.78.p.2.
Præſens quomodo ſit Deus futuris.fol.7.
Præſens quomodo ſit Deus omni differentiæ temporis, & locis imaginarijs.fol.6.
Protectio Dei infallibilitatis magiſtra.fol.77.

Q

QValitas requiritur, eſto non per modum qualitatis, quã do inſtrumentum nullam habet proportionem cum effectu.fol.51.p.2.
Qualitas eleuans ad attingendum effectum, etiam quoad formam conſtituit rem in ratione cauſę præcipuæ, eſtò detur per modum tranſeuntis.fol.52.

R

RErum poſsibilitas a ſcientia Dei, præteritio, præſentialitas, & futuritio, a voluntate Dei.fol.1.p.2.
Rerum ſpecificatio ab Idæis, exercitium a voluntate Dei. fol.21.

S

SEnſus compoſitus duplex.fol.41.p.2.& fol.53.p.2.
Scientia Dei duplex ex Diuo Thoma.fol.6.
Scientia media fatum ſtoicum aſtruit.fol.15.
Scientia media nec eminenter eſt admittenda in Deo.fol.13

Scientia

Digitized by Google

Index Sententiarum.

Scientia media proponitur. Quid illa ſit. fol. 10.
Scientia media acerrime impugnatur. fol. 14.
Scientia media deſtruit libertatem. fol. 36. p. 2.
Scientia media, ex Auguſtino confutatur. fol. 18.
Scientia media penſilē facit Deū ab arbitrio noſtro. f. 11. & 21
Scientia media contingens eſt, & mutabilis & ita impoſsibi lis Deo. fol. 14. & 32. p. 2.
Scientia media facit Deum talē per participationē. fo. 38. p. 2
Scientia media ſpem deſtruere videtur. fol. 22.
Sciētia media deſtruit Prophetiæ infallibilitatē, & fidei. f. 22.
Scientiæ mediæ modus cognoſcendi adhuc repugnat magis Deo, quam nobis. fol. 36. p. 2. & fol. 36. p. 2.
Scientiæ mediæ etiam nomen, eiuſque impoſitio impugnatur. fol. 14. & ſeq.
Scientia media Deum facit interea fortunatum, interea infœlicem. fol. 14. p. 2.
Scientia viſionis vnde dicatur. fol. 1. p. 1. & fol. 25.
Scientia media a D. Tho. euertitur, & ſtatuitur efficacia auxiliorum. fol. 22. & ſeq.

T

Theos nomen Dei exponitur. fol. 19. p. 1.

V

Viſa resduobus modis poteſthabere eſſe extravidētē. f. 1. p. 2
Viſio conditionata irridetur. fol. 25. p. 2.
Voluntas beata non neceſsitatur a ſummo bono viſo quo ad exercitium, ſed a charitate beata. fol 74.
Volūtas nūquā mouetur a ratione quo ad exercitium. f. 36,
Volūtas nō dicitur potētia vniuerſalis prędicatione. f 73 p. 1
Vtinam aduerbium, detegit omniū nationū cōmunē acclamationē, qua efficaciā auxilij diuini cōfitētur. f. 15. p. 2.
Volūtas liberius Deo, quā ſibi ipſi obſecundat. fol 75 p. 2.
Volūtas nō mouetur ad aliquid ſine actione a ſe elicita f. 69

INDEN

Digitized by Google

INDEX AVTHORITATVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ IN HIS RELECTIONIBVS CONTINENTVR.

Ex Geneſi.

CAP.18.Nunquid Deo quidquam eſt difficile? Folio.90.
Cap. Diſsimulãte autem illo apprehenderunt manum eius.fol.90.

Ex lib.Exodi.

Cap.3.Ego ſcio quod non dimittet niſi per manum validam fol.24.p.2.& fol.89.p.2.
Cap.12.Factum eſt autem in noctis medio.&c.fol.9.

Ex lib. Iudicum.

Cap.7.Multus tecum eſt populus.fol.90.

Ex 1.Reg.

Cap.2.Deus ſcientiarum dominus eſt.fol.20.fol.93.
Cap.17.Tu venis ad me cum gladio.&c.fol.28.p.2.

Ex lib.Eſther.

Cap.14.Domine,qui habes omnium ſcientiam.fol.20.

Ex lib. Iob.

Cap.12.Qui immutat cor Principum.93.
Cap.21.Nunquid Deum docebit quiſpiam ſciẽtiam? fol.17.

Ex lib.Pſalm.

Pſal.16.Perfice greſſus meos.fol.57.
Pſal.50.Sacrificium Deo Spiritus contribulatus.fol.89.p.2.
Pſal.59.Auxilium de tribulatione.fol.99.
Pſal.76.Hęc mutatio dexterę excelſi.fol.88.
Pſ.83.Beatus vir cuius eſt auxiliũ abs te aſcẽſiones.fo.83.p.2

Pſalm.

Psalm.94. Quoniam Deus magnus Dominus &c. fol.45.p.2.
Psal.97. Saluabit sibi dexteram eius. fol.84.p.2.
Psal,138. Quo à facie tua fugiam? fol.22.
Psal. In manibus tuis sortes meæ. fol.15.

Ex lib. Prouerb.

Cap.21. Cor Regis in manu Domini est. fol. 84. p.2. & fol.95.

Ex Cantico Canticorum.

Cap.2. In foraminibus Petræ. fol.107.p.2.
Cap.5. Misit manum suam per foramen. fol.108.&. fo.90.
Cap.8. Innixa super dilectum suum. fol.107.p.2.

Ex lib. Sapientiæ.

Cap.8. Attingit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. fo.46.

Ex lib. Ecclesiastici.

Cap. 23. Antequam crearentur omnia nota sunt illi: sic est postquam consummata sunt. fol.18.
Cap.33. Timenti Dominum non occurrent mala: sed in tentationem Deus illũ cõseruabit, & liberabit, à malis. fo.57.
Cap.34. Et liberatus sum gratia Dei. fol.93.
Cap.42. Cognouit Dominus omnem scientiam &c. fol. 22

Ex Isaia.

Cap.2. Exaltabitur autem Dominus solus. fol.87.
Cap.11. Habitabit lupus cum agno. fol.81.
Cap.14. In cœlum conscendã, & similis ero altissimo. fol,84.
Cap.40. Quis adiuuit spiritũ Domini? Aut quis cõsiliarius eius fuit, & oltẽdet illi? cũ quo iniit cõsiliũ & instruxit eũ? f.22
Cap.55. Sed faciet quæcunq; voluit. fol.88.
Cap.59. Et vidit quia non est vir, & aporiatus est: quia non est, qui occurrat, & saluauit sibi brachium suum. fol. 84.p.2.
Ibidem. Non est abreuiata manus Domini vt saluare, &c.
Ibidem.
Cap.64. Laude mea infrenabo te, ne intereas. fol.79.

Ex

126 T.M.C

ãuthoritatum S. Scripturæ.

Ex Ieremia.

Cap.1.Priusquam te formarem in vtero noui te.fol.46
Cap.13.Conuerte me Domine,& conuertar.fol.88.

Ex Ezechiele.

Cap. 36. Ego faciam in præceptis meis ambuletis. fol. 92.

Ex Daniele.

Cap.14.Portauit eum capillo capitis sui.fol.76.

Ex Osea.

Cap.13.Perditio tua ex te, tãtũmodo in me auxilium tuum. fo.90

Ex Matthæo.

Cap.20.Multi sunt vocati,pauci vero electi.81.p.2.
Cap.21.Osannà Filio Dauid.f.106.p.2.
Cap.24. Ita vt in errorem inducantur (si fieri posset) electi. fol.87.
Cap.25.Dedit vnicuiq; secundum propriam mẽsuram. f.83.

Ex Luca.

Cap.1.Quomodo fiet istud?fol.75.p.2
Cap.2.Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. fol.107.
Cap.22.Fœnũ,quod hodie est,& cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit.fol.46.
Cap.22.Respexit Petrum.fol.88.

Ex Ioanne.

Cap.2.Opus ei non erat,vt quis testimonium &c.fo.15.
Cap.4.Non quasi nos dilexerimus Deum.fol.107.
Cap. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. fol.46.
Cap. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater,qui misit me traxerit eum.f 1.93.
Ibidem.Nemo venit ad Patrem nisi per me.fol.99.p.2.
Cap.15.Sine me nil potestis facere.fol.46.

Cap.16.

Digitized by Google

Cap.16.Nunc ſcimus,quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi, vt quis te interroget.fol.18.

Ex Actis Apoſto.

Cap.17.In quo viuimus,mouemur,& ſumus.fol.46.

Ex Epiſt.ad Romanos.

Cap.4.Vocat ea,quæ non ſunt,tanquam ea,quæ ſunt. fol.6. Ibidem. Gentes naturaliter,quæ legis ſunt,faciunt.fol.54. Cap.9.Suſtinuit in multa patientia.fol.55.

Ex 1.ad Corinth.

Cap.12.Nemo poteſt dicere:Dominus Ieſus, niſi in Spiritu Sancto.fol.105.

Ex.2. ad Corinth.

Cap.3.Nunquid idonei ſumus cogitare aliquid à nobis,qua ſi ex nobis?fol.96.

Ex Epiſt.ad Hæbreos.

Cap.4.Viuus eſt ſermo Dei,& efficaxfol.80.p.2.

Ex 1. Ioan.

Cap.3.Non poteſt peccare quia ex Deo eſt.fo.101

Ex Apocalip.

Cap.12.Mulier fugit in ſolitudinem.fol.105.p

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ERRATA.

FO.1.p.1.li.1.poſteris,lege poteris.fol.4.p.1.l.10 deambulauit,lege deambulabit f.5.p.1.l.7 ita lege.f.8.p.2.l.23.popuit,lege potuit L 26.formæ, le.forma, f.9 p.2.l.3.egredius le.egregius.f.13.l.2.occaſioee,le.occatione.f.17. p.2.l.2. arbitrij.le.auxilij L.24 ſubordinatã,le.ſubordinatum.f.19.p.2.l.24.quæ.le.q.f.21. p.2. l.2.noſtres le.noſtræ.f.22.l.2 inuitetur,le.innitetur.p.2.l.14.efficabia,le,efficacia. f 21.p.1.l 3.præſcientiæ.le.præſcientiæ.p.2 l.17.bis.le.is.f.24 p. 1.l.8.appouitur , le. opponitur.f.25.p.2.l.4.dicat,le.dicant.l.28.ſeyllam.le.ſcyllam.f.28.f.32. obieſtũ, le.obiectum.f.29 p.2.l.7.noſtræ.l.naturæ.f.30.l.32.hoc.le.hoc.f.31.p.2.l.3.fine,le. fine.l.21.pareat,le.parce.f.32.p 1.l 2.altiſsimi.le.altiſsimi.l.32.inſallibile,inſallibi- li.f.43.p.1.l 2.entitatis,le.entitati.f.13,l.13.cũ,le.cũ.f.33.p 2.l.11.deleatur terminus ſi.f.35.l.9.vbi tamen.le.tam f.39.p.2.l 7.ſcientiam,le.ſcientia l.15 . comprzhendo, le.comprzhendendo.f.53.l.21.ſeu,le.ſed.f.49.l.15. quamuis , le.quiuis.f. 67.p.2.l. 25 à Deo,lege adeo. fol.80.p.2.ſatts doctus,l.ſatis doctus.

Digitized by Google

Digitized by Google

RESTAURO DEL LIBRO
di LELLI
MARIO